This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

3 2044 106 479 256

Library

Arnold Arboretum

of

Harvard University

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Твоя отъ Твоихъ!! —

J. F. X. Sattenberger del. et inv. 1799.  Gravé par Ma

# FLORA

## PETROPOLITANA.

Siſtens plantas in Gubernio Petropolitano ſponte creſcentes, tam eas quae olim in Flora Ingrica Kraſcheninnikovii a Gortero enumeratae ſunt, quam novas poſt annum 1764 hucusque a variis Botanicis Petropoli degentibus detectas, nunc vero generice ac ſpecifice deſcriptas cum additione variarum obſervationum, atque Ruſſica plantarum denominatione,

Curante

Med. Doct. Conſil. Aul. Colleg. Imper. Medici et Societat. Oeconom. Petropolit. Sodali, nec non Botan. ac Mat. Med. Profeſſore publ. ord.

*Gregorio Sobolewskj.*

Cum approbatione Collegii Imperialis Medici.

---

*PETROPOLI.*
Typis Collegii Imperialis Medici.
1799.

Digitized by Google

Recd. March 1907

904/8

Digitized by Google

AUGUSTISSIMO AC POTENTISSIMO

ROSSORUM IMPERATORI

# PAULO PRIMO

AUTOCRATORI MODERATISSIMO,

PIETATIS AC IUSTITIAE

OBSERVATORI TUTORIQUE

STRENUISSIMO, FELICISSIMO,

SCIENTIARUM ET ARTIUM

PROMOTORI MUNIFICENTISSIMO,

PATRIAE PATRI CLEMENTISSIMO

Floram hanc Petropolitanam

Summa cum devotione

D. D. D.

*Subditiſſimus*

*Auctor.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# LECTORI BOTANOPHILO

## S.

Operae pretium eſſe putamus paucis exponere hujus opuſculi rationem. Clar. vir Stephanus Kraſcheninnikow quondam Botanices et Hiſtoriae naturalis Profeſſor Petropolitanus, abſoluto decem annorum per Sibiriam itinere, ad Botanices provinciam Petropoli adminiſtrandam evectus ex profeſſo totam Ingriam peragrans plantas obvias ſtudioſiſſime examinavit, accurate deſcripſit, doctisque obſervationibus illuſtravit, easque ad methodum Royeni diſpoſuit, atque codicem ſuum manuſcriptum plantas 506 continentem, ante mortem ſuam, Academiae ſcientiarum tradidit.

Hunc codicem clar. vir David de Gorter ex archivis Academiae protractum ex Ammanni, Buxbaumii, Gmelini et Siegeſbeckii operibus auxit, plantas obvias diligenter a ſe obſervatas inſeruit Methodoque Linnaeana ſecundum Syſtema Naturae editionis decimae diſpoſuit, atque anno 1761, ſub nomine Florae Ingricae prelo ſubmittere curavit, deinde anno 1764 Appendicem plantarum a celeb. viris Erico Laxmanno, Falkio, Lomonoſovio et Staehlino detectarum addidit, afferens que in ſua praefatione pag. 6. „Eam publici juris facere non „ideo, quod Ingrica tellus proferat plantas in aliis „Imperii Ruſſici, aut proximis Sveciae provinciis „deſideratas, ſed ut Ingrica etiam exſtaret Flora, „cum europaeae fere omnes prodierunt.„ —

Digitized by Google

Nunc vero aliae ſunt rationes, cur haec Flora Petropolitana in lucem prodeat. Nam ab eo tempore ſcientia ipſa botanica maxima adepta eſt incrementa; characteres novi detecti ſunt; definitiones ac phraſes botanicae accuratiores pleniores que a cellb. viris Murrayo, Iaquino, Scopoli, Crantzio, Wildenowio, Wiggerſio, Iuſſievio, Gmelino aliisque factae ſunt, multisve obſervationibus ornatae ita, ut plurimae plantae a botanicae tyronibus facilius quam antehac dignoſci potuerint, quod coram in lectionibus publicis diſcipulis meis non ſemel demonſtravi. Deinde aucta quoque eſt neceſſitas urgentior edendae hujus Florae ob auctam multitudinem Medicinae ac Chirurgiae ſtudioſorum in duobus ampliſſimis Noſocomiis Petropolitanis, pedeſtri et maritimo, quorum ibi plus quam ducenti ſumptu Imperiali aluntur, et inter caeteras ſcientias etiam Botanicem addiſcunt ſtirpesque indigenas cognoſcere cupiunt: exemplaria vero Florae Ingricae ſunt jam diſtrata, unde illi in hac re penuriam patiuntur. Itaque ut illis praeſtantiſſimis auditoribus meis Botanicae que cultoribus ingenuis ſuccurrerem in animo conſtitui, plantas circa Petropolim creſcentes tam eas, quae in Flora Ingrica Kraſcheninnikovii a Gortero enumeratae ſunt, quam novas a me anno 1775, et ſequentibus, atque poſtea a celeb. viris Rudolpho, Boeberoque detectas, quae in deſcriptione Gubernii Petropolitani a clar. Georgi memorantur, aliasque curatius perluſtratas generice ac ſpecifice deſcribere, ſub nomine Florae Petropolitanae, nam plurimae earum in ipſa urbe vel non adeo procul ab urbe in hoc Gubernio proveniunt: atque non ideo, ut etiam Petropolitana exſtaret Flora, nec pro eruditis botanicis, ſed ut habeant ſtudioſi noſtri etiam tyrones elenchum, unde

Digitized by Google

plantas indigenas hujus Gubernii ſibi notas fecere poſſint.

Qua propter ex variis clariſſimis auctoribus, Murrayo Gmelino, Iuſſievio, Wildenowio, Moenchio et ex Flora auſtriaca portatili, aliisque omnia ad meum ſcopum pertinentia excerpta, eorum auctoritati innixus, quod grato animo agnoſco, ſumma qua potui cura hic in utilitatem diligentiſſimorum auditorum meorum digeſſi; diſinitiones plurimas amplificavi, iconesque plantarum ex eorum quoque operibus citavi. Locos natales ubique ſedule per viginti quatuor annos a me obſervatos eos praetuli, qui propiores ab urbe Petropoli eſſent, ne juvenes botanophili, ad ſtirpes querendas, longo itinere indigeant; attamen nonnullos breviter aſſignare coactus fui annotato nomine auctoris inventoris, ubi mihi, tam ob officium medico-practicum, quo per 15 annos in Noſocomiis quatuor legionum praetorianorum fungebar, quam ob calculum renum et veſicae, quibus ſaepe diſcrutior, occaſio non fuit data longius exſpatiari. Nihilo minus tamen his tribus ultimis annis, iterum munere Profeſſoris aſſumpto, in excurſionibus, quamvis breviſſimis, multas herboſas oras adivi, quas antea viſitare non potui, plantasque ibi florentes, aut defloratas vario tempore quantum potui ſtudioſiſſime obſervavi, dubiaeque durationis ſtirpes ſemper in meo proprio horto plantare curavi, ut inde certior eſſe poſſim an planta ſit annua, an perennis, quod in Flora Ingrica fere neglectum erat. Quo ad locos natales plantarum hic memoratu dignum eſt, eos ab anno 1764 maxime immutatos eſſe ita, ut fruſtra quaeras plantas, quae ibi indicatae fuerunt, praecipue in urbe Petropoli, uti in inſulis apotheca-

Digitized by Google

ria, crucis, lapidea, baſileenſi; in parte Wiburgenſi, circa Noſocomium pedeſtre et maritimum, in ripa ſeptentrionali Nevae fluvii prope Ochtam, dein Caterinhofſii aliisque in locis, tunc temporis vacuis et deſertis incultisque, ubi nunc domus variae ac Palatia ſplendida aedificata ſunt; horti oleracei, plantationes variae, ambulacra ve conſita; ubi vero ſylvae amoeniſſimae vireſcebant betulam nanam aliasque plantas rariores continebant, ibi nunc prata nuda et Forum publicum eſt, uti circa Monaſterium Newſky, et circa noſocomium pedeſtre ubi Ledum paluſtre et Lichen Islandicus in totum perierunt. In arvis et agris mutatio quoque locorum ſatis notabilis accidit: ubi ante quindecim annos armenta paſcebantur, aut prata fertiliſſima erant, aditusque omnibus patebat, nunc ibi agri culti ſunt vel Praedia magnifica exſtructa et ſepibus obvallata ſunt, uti circa viam Sarſcoſelienſem, et viam Ochtenſem etc: ubi antea Gentiana cruciata, Orchides,aliaeque plantae pulcherrimae creſcebant,nunc ibi avena ſativa, aut hordeum vulgare, ſecale cereale, vel ſolanum tuberoſum locum occupant. Poſſeſſiones etiam quod attinet, nullam eſſe diu ſtabilem praeter nomina propria urbium vel pagorum aut praediorum ita, ut praedium vel villa aliqua intra paucos annos pluries permutet ſuos dominos poſſeſſores que; quare in hoc opuſculo nullum poſſeſſorem nominare ſtatui, ſed nomina propria pagorum et locorum vulgo cognitorum indicavi. Unde patet, praeter alias cauſas, et harum mutationum ergo, neceſſitas, in tali Flora ſubinde locos revidendi, et iterum reindicandi, ut illa maneat ſemper tyronibus botanophilis ad uſum idonea. Plantas officinales etiam indigitare ſtudui. Deinde nomina ruſſica plantarum, quae jam exi-

Digitized by Google

ſtebant, ſimplici modo aſſignavi, quam plurimis vero plantis ruſſice innominatis a me inventa dedi, appoſita nota Sob. In cryptogamiis genera nonnulla, et ſpecies ad hodiernum Botanicae ſtatum accommodavi plurimas que noviter a me obſervatas inſerui. Aſt fungorum, in primis agaricorum, immenſum numerum noſtra tellus producit, uti mihi quotannis videre contigit; et multoties colligebam eorum numeroſam varietatem; ſed doleo, quod fortuna non mihi permiſit per aliquod temporis ſpatium ruri commorari, ut eos commode examinare ac ſecundum ſiſtema definire potuiſſem; ſunt enim fugaces et faciem ſuam cito immutando non permittunt diu in eodem ſtatu ſe videre: (*) interim et id fatendum eſt, quod illi a quocunque auctore facilius pro lubitu deſcribi, quam dein ab aliis definiri poſſunt, niſi cum adminiculo iconum, quae ſaepe etiam fallunt; et quis, niſi ditiſſimus, icones et figuras omnes conquirere potis eſt? Iconibus autem deſtitutus ipſe plurimas ſpecies fungorum ad naturam deſcribere tentavi, quas cum definitionibus auctorum comparans vidi paucas deſcriptiones illas exactas in libris inveniri. Nec mirum eſt, ludunt enim, praecipue agarici, varietate colorum, quos vix quisquam mortalium verbis exprimere poteſt; tum pilei magnitudine, figura orbiculari, hemiſphaerica, campanulata, conica, cylindirica, infundibuliformi; centro umbonato vel depreſſo; margine integro, ſtriato, aut lacero, lobato; ſuper-

---

(*) *Fungos non ut herbas facile exſiccari, in parvum faſciculum compingi, domum duci, ſervari poſſe; tum quod poſt exſiccationem, — vix eundem liceat dignoſcere fungum. Linnei Flora lapponica. p.* 352.

Digitized by Google

ſicie tota ſicca nitente, pulverulenta, maculata, ſquamoſa, aut glabra, humente viſcida; ſubſtantia craſſa, ſolida, carnoſa, ſpongioſa, aut coriacea, tenui, pellucida; lamellis concoloribus aut diverſi coloris, craſſis, integris, aut dentatis, crenatis, tenuibus, aequalibus, aut plurium ordinum, ramoſis, inaequalibus, denſis aut diſtantibus, ſtipiti contiguis, aut liberis, ſive abruptis, aut in ſtipitem decurrentibus; ſtipite brevi, cylindrico, craſſo, farcto, ſolido, aut elongato, tenui, ſiſtuloſo, glabro, aut ſtriato, intorto, annulato, volvato, ſquamoſo, integro, aut lacero, ſupra craſſiore dilatato, aut infra bulboſo, globoſo, pileo concolore, aut vario. etc. Boleti etiam variant côloribus, ſuperficie, ſigura pilei ſtipitis que; tubulis vel poris integris rotundis, angulatis, aut laceris figurae variae; non dicam de aliis fungorum minutorum generibus poſt b. Linneum a variis celeb. botanicis noviter conſtitutis, quorum etiam magnam copiam dari hic certum eſt; quam ob rem, et ſi plurimos examinavi et variis momentis annotavi, ſed in definitos, in aliud tempus, vel aliis poſt me definiendos relinquere coactus ſum. Muſcorum algarum que etiam dari ſcio plures ſpecies in hoc Gubernio creſcentes, quae numerum plantarum Florae noſtrae augere poſſent, et quae itidem ob defectum occaſionis indefinitae poſteris relinquuntur. Clariſſimi viri et Botanici egregii, qui plantas Florae hujus poſt Kraſcheninnikovium detexerunt earum que numerum auxerunt, ſequenti modo indicati ſunt: (B.) Boeber. (F.) Falk. (G.) Gorter. (L.) Laxmann. (Lom.) Lomonoſſow. (P.) Patrin. (R.) Rudolph. (St.) Staehlin. a me vero detectae vel definitae hoc ſigno (Sob.) ſunt notatae. Plantas in agris et hortis cultas, quas alii interdum ſloris ſuis inſerere ſolent, nullas

Digitized by Google

hic memoravi; nam ſi omnes illas quae in hortis Imperialibus Petropoli, Peterhoffii, Sarſcoſelii, Gatczinae et in Pawlowſko expreſſo juſſu AUGUSTISSIMI NOSTRI AUTOCRATORIS et CLEMENTISSIMAE IMPERATRICIS ex variis exteris regionibus, ex Anglia praeſertim, advectae ſunt ſummoque ſtudio in ambulacris et hybernaculis coluntur; tum eas, quae a Celeberrimis illuſtriſſimis que Botanophilis, uti Principe Iuſſupow, Senatore Petro Soymonow aliisve quam plurimis, praecipue hoc tempore in hortos ſuos introductae ſunt, attingere ſolum, non vero deſcribere, voluiſſem, in immenſum volumen Flora haec excreſceret; quo enim jure Triticum, Hordeum et Avenam civitate donarem, eo etiam Braſſica Lactuca, Beta et forte Bromelia Ananas donanda forent, nam omnes hae ſunt eſculentae et in maxima hic quantitate producuntur; caeterae vero plurimae in aprico fere ſpontaneae creſcunt. Ad finem indices, latinus et ruſſicus, pro facilitate inveniendi ſpecies, tyronibus adjunguntur.

Dabam Petropoli d. 5. Iulii 1799.

Digitized by Google

## EPIGRAPHE.

Ut enim aliquis ſoli cujusdam plantas, ſiquidem paucas vel nullas omittere velit, deſcribat, eum oportet et pedibus et animo bene valere tum in conquirendis plantis, tum ut earum nomina rite deſignet. Dillen. Praefat. in Catalog. plantar. Giſſenſium.

Digitized by Google

## CLASSIS I.

## MONANDRIA.

### MONOGYNIA.

HIPPURIS. Calyx nullus. Corolla nulla. Stamen filamentum vnicum, margini bilobo inſidens. Anthera compreſſa. Germen oblongum, inferum. Stylus subulatus, stamine longior, ſtigma ſimplex acutum. Pericarpium nullum. Semen vnicum, subrotundum, nudum.

1. HIPPURIS VULGARIS. foliis octonis subulatis, (interdum tredecim verticillatis; ſimilis equiseto ſylvatico.) (Gorter.) Fl. dan. tab. 87.

Habitat ad ramum fluuii Neuae Carpowca vocatum, in inſula apothecaria, tum in variis paludibus et aquis ſtagnantibus. Floret Majo, Junio. ♃ Водяная сосонка обыкновенная Sobol.

### DIGYNIA.

CALLITRICHE. Calx nullus. Petala duo. Capſula compreſſa bilocularis, tetraſperma. Semina nuda, membranaceo-marginata. (Nonnunquam flores monoici, masculus in parte ſuperiori, infra foemineus aut hermaphroditu.)

2. CALLITRICHE VERNA. Foliis ſuperioribus ovalibus, apice integris, (floribus dioicis.) (G.) Gaertn. de fruct. et Sem. Cent. 5. t. 68. f. 4.

In foſsis aquoſis circa Noſocomium maritimum, nec non in paluſtribus et aquis ſtagnantibus. Floret Majo. ⊙ Весенная водяная звѣздочка Sobol.

3. CALLITRICHE AUTUMNALIS. Foliis omnibus linearibus apice bifidis, floribus hermaphroditis. (G.) Loeſel. fl. pruſſ. tab. 38.

In fundo Nevae fluvii et paſsim in foſſis cum priori. Floret autumno. ⊙ Осѣнная водяная звѣздочка. Sobol.

---

# CLASSIS II.

## DIANDRIA.

## MONOGYNIA.

CIRCAEA. Calyx diphyllus ſuperus. Corolla bipetala. Capſula infera, bilocularis, hiſpida. Semina ſolitaria.

4. CIRCAEA LUTETIANA. Caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis ſubserratis hirſutis. (Fructibus villis uncinatis.) (Rudolph.) Flor. Dan. tab. 256.

In ſylvis humidis vmbroſis Caterinhoffii, et in aliis locis ſimilibus. Floret Julio. ♃ Парижская колдунница. Sobol.

5. CIRCAEA ALPINA. Caule ramoſiſſimo depreſſo, foliis cordatis dentatis piloſis. (glabris peta-

Digitized by Google

lis albis. Caulis transparens). (G.) Flor. dan. tab. 210.

Ad radices arborum inſulae Baſillienſis, et Caterinhoffii, in locis humidis. Floret Auguſto. ♃ Колдунова трава. Ruſs. Горная колдунница. Sobol.

VERONICA. Corolla limbo quadripartito: lacinia infima anguſtiore. Capſula bilocularis, apice emarginata. Calyx quadripartitus, aut quinquepartitus.

6. VERONICA SPURIA. Spicis terminalibus, foliis ternis aequaliter ſerratis; (calycibus quadripartitis; corolla caeruleo-purpuraſcente, fauce ſquamis villoſis. (G.) Gmelin. iter. 1. t. 39.

In paſcuis montoſis circa Krasnoje Selo. ♃ Средняя вероника, ſiue подложная. Sob.

7. VERONICA MARITIMA. Spicis terminalibus, foliis ternis aequaliter ſerratis. (In ſiccioribus plerumque foliis conjugatis eſt.) (G.) Flora dan. t. 374.

Ad ripam Newae fluuii circa Caterinhof, et in littore maritimo prope Strelinam et Peterhof tum in ſylvis prope Lugam. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Синiи султанчики, vel приморская вероника. Sob.

8. VERONICA LONGIFOLIA. Spicis terminalibus, foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis acuminatis in petiolum deſinentibus. (Caule polyſtachio, hirſuto, calyce quadrifido, ſquamula hirſuta ſuffulto, corolla violacea, albave, labio ſuperiori incumbente. Variat foliis anguſtis et

latioribus, ſpicisque ſeptem aut octo.) (B) Sabbat. h. Rom. 2. tab. 48.
In viciniis urbis Oranienbaum, et in pratis humidis, parce. Floret Julio, Auguſto. ♃ Долголистая вероника. Sobol.

9. VERONICA SPICATA. Spica terminali, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo. (Calycibus quinquefidis. Folia plus minus villoſa. Altitudine admodum variat: nunc vix ſpithamea, vix pollicari, nunc ultra-pedali. Spicae ſemper inflectuntur.) (G.) Flor. dan. t. 52.

In ſylua circa oſtium Narovae fluvii locis ſiccis et arenoſis abunde creſcit. Praeterea nuſquam obſeruata. Floret Julio. ♃ Андреевъ крестъ. Russ. Андреевская вероника. Sobol.

10. VERONICA OFFICINALIS. Spicis leteralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. (Geniculis radicantibus; foliis ſcabris, nunc ternis, nunc oblongis vtroque latere dentatis, nunc lanceolatis latere inferiore dentatis) (G.) Fl. dan. t. 248. Veronica officinar.
Ubiuis in ſyluis opacis, gramineis. Floret Junio, Julio. ♃ Вероника аптекарская Russ. Sobol.

11. VERONICA SERPYLLIFOLIA. Recemo terminali ſubſpicato, foliis ovatis glabris, crenatis, (oppoſitis, paribus duobus; caule procumbente. Calyces quadrifidi. Corollae albidae lineis caeruleis, fauce virente.) (G.) Fl. dan. t. 492. Planta admodum varians pro natura ſoli. Varietates 6, enumerat Schmidt flor. Boëmica.
Ad ductus aquarum et vias, vt et in ſylvarum locis ſterilibus et humidiuſculis. Floret Majo et Junio. ♃ Богородичнолистая вероника. Sobol.

Digitized by Google

12. VERONICA BECCABUNGA. Racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. (Foliis carnoſis, denticulatis glanduloſis, corolla laete caerulea, racemi oppoſiti, longi.) (G) Flor. dan. t. 511. Beccabunga officin.

In pratis aquoſis inſulae apothecariae, tum prope Sarſcoje Selo, et circa montes Kraſnoſelii, Duderhofii, et vbique ad riuulos. Floret Junio. ♃ Вероника ручейная. Sob.

13. VERONICA ANAGALLIS. Racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto, (calycibus quadrifidis, floribus confertis erectis, caeruleſcentibus. Tota ſucculenta) (G.) Rivin. t. 100.
In rivulis inſulae apothecariae, et circa fluuium Lugam, nec non in aliis locis humidis, cum praecedente. Floret Junio, Julio. ⊙ Водяная вероника. Russ. Sob.

14. VERONICA SCUTELLATA. Racemis lateralibus laxis diuaricatis alternis: pedicellis pendulis, foliis linearibus ſubintegerrimis, (caule angulato, procumbente; calyce quadrifido, corolla rubella.) (G.) Fl. dan. t. 209.

In uliginoſis inſulae Baſileae et in aliis locis humidis gramineis vulgatiſſima planta eſt. Floret Junio. ♃ Щитовая вероника. Sobol.

15. VERONICA CHAMAEDRYS. Racemis lateralibus, foliis ovatis ſeſſilibus rugoſis dentatis, caule bifariam piloſo. (Racemis lateralibus oppoſitis, calycibus quadrifidis. Admodum varians: caule aſcendente, proſtrato, erecto, corollis albis, carneis, caeruleisve. Calycina foliola inaequalia lanceolata.) (G.) Fl. dan. t. 448.

Ubiuis in pratis copioſe prouenit, et prima omnium ſui generis, excepta veronica ſerpyllifolia, floret. ♃ Дубровочная вероника. Sobol.

16. VERONICA AGRESTIS. Floribus ſolitariis, foliis cordatis, petiolatis, pedunculo breuioribus, (caule procumbente, pedunculis axillaribus longis, calycibus quadrifidis baſi gibbis, corolla ſaturate caeruleſcente. Calycina foliola ovata aequalia.) (G.) Flor. dan. t. 449.

Habitat iu locis cultis, circa Pulkovo in montoſis, et Pargelovii. ⊙ Пашенная вероника. Sobol.

17. VERONICA ARVENSIS. Floribus ſolitariis, foliis cordatis ſeſſilibus pedunculo longioribus. (Caule aſcendente, floribus axillaribus ſubſeſſilibus pallide caeruleis, calycibus quadrifidis, foliolis lanceolatis inaequalibus.) (R. Sob.) et Fl. dan. t. 515.

Habitat in arvis Craſnoſelii, Ligovi, et Murini. Floret Junio, Julio. ⊙ Полевая вероника. Sob.

18. VERONICA HEDERAEFOLIA. Floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis (trilobisque, caule procumbente, calycibus quadrifidis, corolla pallide caerulea rubellaue, capſula loculis diſpermis.) (R.) Fl. dan. t. 423.

Circa Petropolim in ruderatis, ſed parce. Floret Junio, Julio. ⊙ Будролистая вероника. Sobol.

19. VERONICA TRIPHYLLOS. Floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus, (ſubtus rubellis, carnoſis, aggregatis, caule procumbente, floribus ſolitariis longe petiolatis in folioſorum capitulorum roſulis caeruleis.) (G.) Fl. dan. t. 627.

In inſula Petri, et Baſilii circa portum triremium, et circa fabricam pulueris pyrii Ochtenſem infrequens. Floret Junio, Julio. ⨀ Трилистая вероника. Sobol.

20. VERONICA VERNA. Floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce breuioribus, (Calycibus quadrifidis, corolla caerulea; annulo viridi. Caule erecto ſtricto.) (Sob. R. B.) Fl. dan. t. 252.

In ſiccis arenoſis, et arvis. Floret primo vere. ⨀ Весенная вероника. Sobol.

21. VERONICA ACINIFOLIA. Floribus ſolitariis pedunculatis, foliis ovatis grabris crenatis, caule erecto ſubpiloſo. (minima, caule erecto, floribus caeruleis.) (B.) Boccon. muſ. 2. t. 102.

Habitat in montoſis procliuibus prope Oranienbaum. Floret Junio et Julio. ⨀ Тимiянолистая вероника. Sobol.

GRATIOLA. Calyx quinquepartitus; foliolis duobus exterioribus acceſſoriis patulis. Corolla inaequalis, reſupinata quadrifida. Stamina quatuor, duo ſterilia. Capſula bilocularis.

22. GRATIOLA OFFICINALIS. Foliis lanceolatis ſerratis. Floribus pedunculatis. (Caulibus geniculatis, folioſis, foliis oppoſitis ſubamplexicaulibus, floribus axillaribus, limbo quadripartito albo caeruleſcente.) (R.) Fl. dan. t. 863. Gratiola officinarum.

In pratis humidis circa Petropolim rarius occurrit. ♃ Дикой авранъ. Russ. Благодашь аптекарская. Sobol.

Digitized by Google

UTRICULARIA. Calyx diphyllus aequalis. Corolla ringens calcarata, capſula unilocularis , globoſa.

23. UTRICULARIA VULGARIS. Nectario conico, ſcapo paucifloro. (Foliis denſis capillaribus, veſiculis purpuraſcentibus, floribus tribus aut quatuor racemoſis, flavis, calyce purpuraſcente, galea apice perforata.) (G.) Fl. dan. t. 138.

In paludibus inſulae lapideae, et Catharinhoffii. Floret Julio et Auguſto. ♃ Волынчатка обыкновенная. Sobol.

LYCOPUS. Corolla quadrifida, lacinia vnica ſuperiore emarginata. Stamina diſtantia. Stigma bifidum. Semina quatuor retuſa.

24. LYCOPUS EUROPAEUS. Foliis ſinuato-ſerratis, (interdum pinnatifidis, glabris villoſisue, floribus axillari-verticillatis albis, maculis purpureo-caeruleis. Eminus Mentham mentitur.) (G.) Sabbat. h. rom. 3. t. 53.

In ſyluis ſubhumidis Strelinae , ac Peterhoffii copioſiſſime et Petropoli ad foſſas et vias paſſim. ♃ Волчья нога европейская. Russ. Sobol.

## DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM. Calyx. Gluma bivaluis, vniflora, oblonga, valuula interiore majore. Corolla. Gluma bivalvis ariſtata , ariſta reflexa. Semen vnicum, corollae glumae adnatum.

25. ANTHOXANTHUM ODORATUM. Spica oblonga ovato; floſculis ſub pednnculatis ariſta

longioribus. (Culmi nodis tribus aut quatuor fuſcis, foliis piloſis, panicula ſpicata, floribus quibusdam pedunculatis, aliis ſeſſilibus, petalis inaequalibus, obtuſis, a baſi ariſtatis, antheris magnis vtrinque bifidis, luteis rubrisve.) (G.) Fl. dan. t. 666.

Im Campis et pratis ſyluoſis paſſim. Floret Majo et Junio. ♃ Колосокъ пахучій. Russ. Sobol.

---

# CLASSIS III.

## TRIANDRIA.

## MONOGYNIA.

VALERIANA. Calyx nullus. Corolla monopetala quinqueſida: baſi hinc gibba. Semen vnicum, vel capſula (cruſta non dehiſcens) trilocularis. (Mira in hocce genere fructificationis partium diuerſitas. In quibusdam calycis margo vix adeſt, in aliis quinqueſidus; tubus corollae in aliis calcaratus, breuiſſimus in aliis; limbus in quibusdam bilabiatus. Stamina duo aut quatuor, vel ſexus diſtinctus. Stigma vel triſidum vel globoſum. Pericarpium vel nullum vel biloculare. Pappus vel adeſt vel non.)

26. VALERIANA OFFICINALIS. Foliis omnibus pinnatis dentatis, floribus triandris. (Dilute purpurascentibus, ſeminibus pappo plumoſo. Variat: foliis ternis, foliis oblongis vtrinque dentatis,

Digitized by Google

foliis lanceolatis, latere inferiori dentatis, et vtroque.) (G.) Fl. dan. t. 570.

In pratis laetioribus, et ſylvis humidis vmbroſis, circa viam Sarſcoſelienſem et Peterhoffianam, tum et Petropoli in inſulis Nevae fluvii, frequens. Floret Julio et Auguſto. ♃ Булдырянъ, ſiue Маунъ. Russ. Маунъ аптекарскій. Sobol.

IRIS. Corolla ſexpartita, inaequalis, laciniis alternis geniculato-patentibus, majoribus. Nectarium, linea longitudinalis in vnguibus petalorum ſaepius barbata. Stigmata tripetaliformia, intus carinata, extus ſulcata, cucullato-bilabiata, labio exteriore minore, interiore bifido.

27. IRIS PSEUDACORUS Foliis enſiformibus, corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, (luteis, antheris violaceis. Styli tripetaloides. Caules ramoſi.) (G.) Fl. dan. t. 494. Acorus paluſtris officin.

In inſula lapidea, tum in paludibus et ſtagnis vbique. ♃ Косатикъ желтой, ſive сабельникъ. Russ.

28. IRIS SIBIRICA. Caule ſubtrifloro tereti, foliis linearibus, germinibus trigonis, corollis imberbibus. (Petala caerulea reflexa fuſceſcentia admodum venoſa, inde alba. Pollen album. Stigmata fimbriata.) (G.) Iacq. fl. auſtr. 1. t. 3.

Ad fluuium Volchow, ſupra pagum Tschortowo, ſemel viſa. Ceterum in tota Ingria nuſquam obſeruata. Floret Junio. ♃ Пѣтушокъ, ſiue чистякъ. Sibiriae incolis. Косатикъ сибирскій. Sobol.

Digitized by Google

SCHOENUS. Glumae paleaceae vnivalves congeſtae. Cor. nulla, ſemen vnicum ſubrotundum inter glumas. (In Gen. dicit: glumam multifloram, bivalvem, petala sex, conniventia, perſiſtentia imbricata, exterioribus brevioribus; germen ovato-triquetrum, stylum ſetaceum, ſtigmate trifido.)

29. SCHOENUS NIGRICANS Culmo tereti nudo, capitulo ovato; involucri diphylli valvula altera ſubulata longa. (Stamina plerumque duo.) (G.) Scheuchz gramin. t. 7. f. 13. 15.

In paludibus circa vicum Marzinca, et in aliis locis ſimilibus, ſed parce. Floret Majo, Junio. ♃ Веревочникъ чернѣющій. Russ. Sobol.

SCIRPUS. Glumae paleaceae undique imbricatae, ſquamis plano-inflexis. Cor nulla Sem. unicum imberbe triquetrum, ſaepe villoſum. (Spica rotunda.)

30. SCIRPUS PALUSTRIS Culmo tereti nudo, ſpica subovata terminali. (Folia baſi ferruginea, ſpica imbricata ſetulis tribus aut quatuor.) (G.) Fl. dan. t. 273.

In ripis arenoſis Nevae fluuii, et in paludibus copioſe. Floret Majo, Junio. ♃ Ситникъ, ſiue. комышь. Комышъ болотный. Russ. Sobol.

31. SCIRPUS CESPITOSUS. Culmo ſtriato nudo, ſpica bivalvi terminali longitudine calycis, radicibus ſquamula interſtinctis. (Sob) Fl. dan. t. 167.

Creſcit in palude noſocomii maritimi, nec non in aliis locis inundatis, cum Menyanthe trifoliata. Floret Majo, Junio. ♃ Комышъ дернистый. Sobol.

Digitized by Google

32. SCIRPUS ACICULARIS. Culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ovata bivalvi, ſeminibus nudis. (G.) Fl. dan. t. 287.

Ad ripam Nevae fluuii, circa inſulam apotheca-riam, lapideam, et in ſtagnis copioſe prouenit. Floret Majo. ♃ Комышь булавчатый. Sob.

33. SCIRPUS LACUSTRIS. Culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus, (ſquamis bifidis, ſeminibus trigonis.) (G.) Lobel. ic. 25.

In aquis ſtagnantibus et ramis Nevae fluuii circa inſulam lapideam, et baſilii vltra portum trire-mium frequentiſſimus eſt. Floret Majo, Junio. ♃ Комышъ постельный. Sob.

34. SCIRPUS SYLVATICUS. Culmo triquetro fo-lioſo, vmbella foliacea, pedunculis nudis ſuprade-compoſitis, ſpicis confertis, (ovatis. Jnnco villoſo ſimilis.) (G.) Fl. dan. t. 307.

Ad rivulos et foſſas ſylveſtres, tum circa Ca-tharinhoffium in aquis ſtagnantibus, nec non in ripa rami Nevae fluvii, Carpowca vocati, in inſula apothecaria. Floret Junio, Julio. ♃ Комышъ лѣсный. Russ. Sobol.

ERIOPHORUM. Glumae vndique imbricatae mem-branaceae laxae. cor. nulla. Sem. vnicum, villis ſpica longioribus, mollibus cinctum.

35. ERIOPHORUM VAGINATUM. Culmis vagi-natis teretibus, ſpica ſcarioſa, (globosa, termi-nali, pappo bombacino undique veſtita.) (G.) Curtis Fl. Londin. t. 219.

Habitat in pratis ceſpitoſis humidis, circa pa-gum Ochtam, ad monaſterium Newsky, pro-

pe montem Pulcova, et in aliis locis ſimilibus parcius. Floret Majo. ♃ Пушица одноголовчатая. Ruſs. Sobol.

36. ERIOPHORUM POLYSTACHYON. Culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis, pendulis. (cernuum; pappo lanato.) (G.) Curtis Fl. Londin. t. 217.

In paludibus ſylvoſis inſulae baſileenſis, et ubique copioſiſſime cum praecedente. Floret Majo. ♃ In noſtro ſpicae ſemper ſunt quatuor, quarum tres pedunculatae, et vna ſeſſilis. Пушица многоголовчатая. Ruſs. Sobol.

NARDUS. Calyx nullus. Corolla bivalvis, valvula exteriore longiore, amplexante, rachi alternatim denticulate inſidens. Nectarium nullum. Semen vnicum, corolla tectum.

37. NARDUS STRICTA. Spica ſetacea recta ſecunda. (Folia plurima ſubulata ceſpitoſa, ſpiculae quindecim, aut viginti, glumis exterioribus ariſtulaque rufis, vel violaceis.) (G.) Schreber. gram. 65. t. 7.

In pratis inſulae apothecariae, baſileenſis, lapideae, et aliis locis arenoſis ſiccis. Floret Majo. ♃ Бѣлоусъ vel Щетинница сожменная. Ruſs. Sobol.

## DIGYNIA.

PHALARIS. Calix duplex, uterque bivalvis, exteriore valvula carinata, corollam includente, interi-

Digitized by Google

ore lanceolata pubeſcente. Nectarium diphyllum. Sem. vnicum corollae adnatum.

38. PHALARIS ARUNDINACEA. Panicula oblonga ventricoſa ampla. (G.) Leers. fl. herb. t. 7. f. 3.

In locis humidis, Murinae, et ad viam Peterhoffianam, aliisque ſimilibus. Floret Junio, Julio. ♃ Канарейникъ тростничный, vel Блестецъ тростничный. Russ. Sobol.

PANICUM. Calyx bivalvis, biflorus: floſculo altero hermaphrodito, altero (exteriore) neutro, ſive Maſculo. (in gen. dicit: calyx gluma uniflora trivalvis, valvula tertia minima a tergo alterius. Corolla bivalvis.) Sem. unicum in ſinu minoris calycis valvulae.

39. PANICUM VERTICILLATUM. Spica tereti; involucellis unifloris bifetis, retrorſum ſcabris, (culmis diffuſis, racemulis quaternis. (Sob. et R. Curtis Flor. Londin. t. 260.

Ad margines agrorum in Oſinova Roſchtcza, et circa Petropolin rarius obſeruatur. Floret Julio, et Auguſto. ☉ Боровникъ, vel Боръ трава, ſive Просо боровое. Russ. Sobol.

PHLEUM. Calyx bivalvis, ſeſſilis, linearis, truncatus, apice bicuſpidato. Corolla incluſa, valvula exteriere amplexante interiorem. Antherae bifurcatae. Spica typhina.

40. PHLEUM PRATENSE. Spica cylindrica longiſſima ciliata. Culmo erecto nodis quatuor. (Spiculae ſuperne corniculatae, praemorsa. Ad-

Digitized by Google

modum variat: foliis piloſis; culmo erecto, decumbenteve; petalo uno bifido, altero integro, antheris luteis vel purpuraſcentibus, etc.) (G.) Schreb. gram. 103. t. 14.

In pratis paſſim. Floret Junio, Julio. ♃ Арженецъ луговой. Russ. Sobol.

41. PHLEUM NODOSUM. Spica cylindrica, culmo adſcendente, foliis obliquis, radice bulboſa. (Spica glabra baſi plerumque ſterilis, glumis denticulatis acuminatis; antherae albae.) (Sob. R. et. B.) Flor. dan. t. 308.

Habitat in monte Pulkovo, et in ſylva urbis Gatczinae, tum et Petropoli in pratis et hortis cultis paſſim. Floret Junio, Julio. ♃ Арженецъ узловой. Russ. Sob.

42. PHLEUM ARENARIUM. Spica ovata ciliata, culmo ramoſo. (Sob.) Pluckn. alm. t. 33. f. 8.

Habitat Petropoli in littore maris arenoſo inſulae baſileenſis, ad portum triremium, atque in aliis locis arenoſis. floret Majo, Junio. ⊙ Арженецъ песочный. Russ. Sobol.

ALOPECURUS. Calyx bivalvis. Corolla univalvis, marginibus baſi coadunatis. Ariſta duplo longior geniculata. Nectarium nullum. Antherae bifurcatae.

43. ALOPECURUS PRATENSIS. Culmo ſpicato erecto: glumis villoſis, corollis muticis. Spadix cylindrica, ſpiculis compreſſis, glumis albicantibus, lineis quinque viridibus, antheris flavis, dein ferrugineis. (Sob. R.) Schreb. gram, 133. t. 19.

Digitized by Google

Creſcit ubique in pratis fertilibus. Floret Junio, Julio. ♃ Лисій хвостъ луговой. Russ. Sobol.

44. ALOPECURUS GENICULATUS. culmo ſpicato infracto corollis muticis. (Glumis laeuiuſculis, antheris ochrolevcis (Sob. et R.) Fl. dan. t. 564.

In pratis humidis, et in ductibus aquarum frequens eſt. Floret Junio, Julio. ♃ Лисій хвостъ колѣнчатый. Russ. Sob.

45. ALOPECURUS AEQUALIS. Ariſtis gluma aequalibus (Sob.)

Habitat in locis uliginosis cum praecedente. Floret Junio, Julio. In lacubus natans eſt. ♃ Лисій хвостъ ровный. Sobol.

MILIUM. Calyx bivalvis: valvulis ventricoſis corollam breuiſſimam ſubexcedentibus, ſubaequalibus. Stigmata penicilliformia. Semen unicum nitens.

46. MILIUM EFFUSUM. Floribus paniculatis diſperſis muticis. (Sob.) Curtis Fl. Londin. faſc. 43.

In ſyluis montoſis et vmbroſis circa Gatczinam, et ad Sarscoſelium, rarius. Floret Majo, Junio. ♃ Просо розсыпное. Russ. Sobol.

AGROSTIS. Calyx bivalvis, valvulis acutis corolla paulo breuioribus. Petalum exterius glabrum. Stigmata longitudinaliter hiſpida.

47. AGROSTIS SPICA VENTI. Petalis integris: exteriore ariſta recta ſtricta longiſſima, patula. panicula patula. (Panicula magna, petala ſaepius bifida.) Sob. Fl. danica. t. 853.

Digitized by Google

Creſcit prope Murzincam, Pargelovium, Oſinova roſchcza et Gatczinam ad margines ſegetum, atque multis in locis graminoſis ſiccis Petropoli. Floret Junio, Julio. ⊙ Полевица вѣтреная. Russ. Sobol.

48. AGROSTIS MILIACEA. Petalo exteriore ariſta terminali recta ſtricta mediocri. (Similis A. Spicae venti, ſed ariſta floſculis longitudine tantum aequalis. Culmi e radice plures. Panicula minus ampla. Cultura etiam diverſiſſima perſtitit.) (Sob.)

Ad ſegetes et ſepes ruſticorum prope Gatczinam degentium. Floret Julio. ♃ Полевица пшонная. Russ. Sobol.

49. AGROSTIS ARUNDINACEA. Culmo enodi, Panicula oblonga contracta: petalo exteriore baſi villoſo, ariſta e baſi torta calyce longiore. (Sob.)

Habitat in locis humidis ſylvoſis, praecipue Pargelovii Catharinhoffii et Murinae, ad viam quae ducit a Sarſco ſelo, ad Pavlovskoy, et Gatczinam. Floret Julio. ♃ Полевица тростничная. Russ. Sob.

50. AGROSTIS CALAMAGROSTIS. Panicula incraſſata, petalo exteriore toto lanato apice ariſtato, culmo ramoſo. Similis Agroſti arundinaceae, ſed corolla tota valde hirſuta; ariſta recta non e baſi, ſed apice petali. Culmi ramoſi. Panicula denſa, viridi-argentea. (Sob.)

In iisdem et ſimilibus locis cum praecedente.



Digitized by Google

Fl. Junio et Julio. ♃ Полевица вѣтвистая. Ruſs. Sobol.

51. AGROSTIS RUBRA. Paniculae parte inferiore prius florente patentiſſiima, ſuperiore contracta, petalo exteriore glabro: ariſta terminali tortili recurva. (Sob.)

Creſcit in pratis verno tempore inundatis et aeſtate ſiccis, Catharinhoffii, in monte Poclonnaja, et inſulis Nevae fluvii, nec non in aliis locis circa Petropolim. Floret Junio, Julio. ♃ Полевица красная. Ruſs. Sob.

52. AGROSTIS CANINA. Calycibus elongatis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. Panicula elongata ſaepius, ramulis coarctatis, purpurascens. Ariſta ſetacea alba, floſculo duplo longiore, recta, medio notata geniculo fuſco. (Sob.)

In paſcuis herboſis humidis circa Petropolim. Floret Junio, Julio. ♃ Полевица собачая. Ruſs. Sob.

53. AGROSTIS STOLONIFERA. Paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente foliis radicalibus breviore, folii ſupremi vagina ventricoſa, calycibus aequalibus. (G.) Fl. dan. t. 564.

Ad ripas ſabuloſas inundatas inſulae apothecariae, et ad ductus aquarum ubique creſcit copioſe. Floret Julio. ♃ Полевица ползучая. Ruſs. Sob.

54. AGROSTIS CAPILLARIS. Panicula capillari patente: Calycibus aequalibus ſubulatis hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis. (Panicula diffuſa,

Digitized by Google

ſpiculis quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti ) (G.) Fl. dan. t. 163.

In pratis et ad ductus aquarum frequens. Floret Iunio et Iulio ♃ Полевица волосяная. Russ. Sobol.

55. AGROSTIS ALBA. Panicula laxa: calycibus muticis hiſpidiusculis aequalibus, culmo repente. (Rud.)

In paludoſis montanis et sylvosis circa Petropolim rarius occurrit. Floret Iulio et Auguſto. ♃ Полевица бѣлая. Sobol.

AIRA. Calyx bivalvis, biflorus. Floſculi absque interjecto rudimento tertii. Antherae utrinque furcatae. Numerus florum variat, duo aut tres.

56. AIRA AQUATICA. Panicula patente. Floribus muticis laevibus calyce longioribus. Foliis planis. Culmi binodi, racemis paniculae capillaceis, ſpiculis ſpadiceo-viridibus. Calycibus vix floſculis brevioribus. Variat in loco ſicco calycibus quinquefloris floſculis valde remotis. An Poa? (G.) Fl. dan. t. 381.

Habitat in udis insulae Baſileenſis et ad ripas Nevae fluvii. Floret Iunio, Iulio. ♃ Молочникъ водяной. Russ. Sobol.

57. AIRA SUBSPICATA. Foliis planis panicula ſpicata: floſculis medio ariſtatis; ariſta reflexa laxiore. Spica terminalis pauciflora vix paniculata, glumae violaceae virentes albeſcentesque; valvulis corollae ſubcaeruleis albidis, carinis antherisque bifidis. (Sob.) Fl. dan. t. 228.

Digitized by Google

Creſcit copioſe in ſylvis humidis montoſis Gatſchzinae et Duderhovii. Floret Iunio, Iulio. ♃ Молошочникъ колосистый. Russ. Sobol.

58. AIRA CESPITOSA. Foliis planis, panicula patente: petalis baſi villoſis ariſtatisque; ariſta recta brevi. Spiculae geminatae, petala apice denticulata, uno ſeſſili, altero pedicellato. (G.) El. dan. t. 240.

Creſcit inpratis fertilibus ubique etinter ſegetes. Floret Junio, Julio. ♃ молошочникъ дернистый Russ. Sob.

59. AIRA FLEXUOSA. Foliis ſetaceis, culmis ſubnudis, panicala divaricata, pedunculis flexuoſis. Tota plus minusve rufeſcens, fuſceſcensve. (G.) Flor. dan. t. 157.

In ſylvis et pratis humidis. Floret Junio et Julio. ♃ Молошочникъ изгибистый. Russ. Sob.

60. AIRA ALPINA. Foliis ſubulatis, penicula denſa: floſculis baſi piloſis ariſtatis; ariſta brevi. (Sob.) Fl. dan. t. 961.

Habitat in montoſis Pargelovii, et Oſinova roſcheza, rarius. Floret, Junio, Julio. Durationis incertae. Молошочникъ горной. Russ. Sobol.

61. AIRA CANESCENS. Foliis ſetaceis, vaginis ſcabris: floribus paniculatis: ariſtis calycem non excedentibus. Folium ſummum ſpatha paniculam obvolvens. Panicula deflorata longius e vagina exit. (R.) Gaertn. de fr. et Sem. pl. cent. 1. t. 1 f. 7.

Digitized by Google

Creſcit in arenoſis circa urbem Sophiam, et Sarscoſelo, parce. Floret Julio. ♃ Молоточникъ сѣдой. Russ. Sobol.

MELICA. Calyx bivalvis, biflorus. Corpuſculum pedicellatum inter floſculos. Nectarium monophyllum carnoſum. Stamina baſi dilatata. Corpuſculum: rudimenta florum duorum trunculatorum. Flores ſpicato paniculati.

62. MELICA NUTANS. Petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici. Culmi quadrigoni, vaginis inferioribus purpureis; pedunculi ſuperiores uniflori, ſecundi; glumae purpureae margine albo; petala exteriora viridia margine albo. (G.) Schreb. gram. 62. t. 6.

In inſula Petri, tum in ſylvis umbroſis ad viam a Sarſcoſelo ad Craſnoſelo ducentem copioſiſſime invenitur. Floret Majo, Junio. ♃ Перловникъ наклонный. Russ. Sob.

63. MELICA CAERULEA. Panicula coarctata; floribus cylindricis, culmo enodi. Aira caerulea. Racemi ſolitarii ſuberecti, ſpiculae muticae pedicello breviores, glumae triflorae aut quinqueflorae (R.) Fl. dan. t. 239.

Habitat in monte Poclonnaja ad viam ſylvosam Wiburgensem, tum circa montem Duderowium, et Crasnoselium. Floret Iunio. ♃ Перловникъ синій Sob.

64. MESICA ALTISSIMA. Petalis imberbibus, panicula ramoſiſſima, coarctata secunda. (Sob.) Gmelin. Fl. ſibir. 1. t. 20.

Digitized by Google

Habitat in ſylvis umbroſis humidis circa urbem Gatcziuam, et Sophiam alias nullibi adhuc obſervata. Floret Iunio, Iulio. ♃ Перловникъ высокій. Russ. Sob.

POA. Calyx bivalvis multiflorus, spiculae ovatae: compreſsae valvulis margine ſcarioſis acutiusculis.

65. POA AQUATICA. Panicula diffuſa, ſpiculis sexfloris linearibus, lanceolatis, multifloris; panicula subdiffuſa maxima, petalo exteriore ſtriato. Calyces 5-10 flori. Culmus sexpedalis. (Sob.) Fl. dan. t. 920.

Creſcit in paludibus prope Catharinenhoff, ad viam Peterhoffianam, in lacu pagi Tentelevo, et in Inſulae apothecariae rivulo ad inſulam lapideam fluente. Floret Junio, Iulio. ♃ Мятлика, vel мётелка водяная. Russ. Sob.

66. POA TRIVIALIS. Culmo erecto tereti; Panicula ſubdiffusa: spiculis trifloris baſi pubeſcentibus, foliis planis: vaginis glabris; ligula brevi truncata. (Sob et Rud.) Curtis Fl. Londin. t. 90.

Creſcit Petropoli circa Monasterium nobilium virginum, et in inſulis Nevae fluvii, nec non ad vias sylvoſas Sarscoselii, et Wiburgi. Floret Iunio Iulio. ♃ Мятлика vel метелка обыкновенная. Russ. Sob.

67. POA ANGUSTIFOLIA. Culmo erecto tereti. Panicula diffusa: ſpiculis quadrifloris pubescentibus, foliis radicalibus convolutis filiformibus; vaginis glabris; ligula brevi truncata. (Sob.) Leers Fl. herb. t. 6. f. 3.

Digitized by Google

Crescit in pratis amoeniſſimis et fertiliſſimis, ad rivunlum Nevae fluvii Czornaja reczca nominatam, tum ad viam regiam Peterhoffianam, et paſſim in humidis depreſſis ſabuloſis. Floret Junio. ♃ Мятлика vel метелка узколистая. Russ. Sobol.

68. POA PRATENSIS. Culmo erecto tereti, panicula diffuſa: ſpiculis ſubquinquefloris, foliis planis: vaginis ſcabris; ligula oblonga acuta. (Panicula ampliſſima, ſpiculis 2-3 floris lanugine nulla.) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 841.

Creſcit ubique in pratis. Floret Julio. ♃ Мятлика vel метелка луговая. Russ. Sob.

69. POA ANNUA. Culmo obliquo compreſſo, panicula diffusa patentiſsima; ſpiculis ſubquinquefloris, ſoliis planis: vaginis glabris; ligula brevi acuminata. Variat panicula rubra. (G.) Curtis Fl. Londin. t. 8.

Ubivis in pratis et in hortis atque ad vias. Floret tota aeſtate. ⊙ Мятлика vel метелка годовая. Russ. Sob.

70. POA PALUSTRIS. Panicula diffusa; ſpiculis ſubtrifloris pubeſcentibus, foliis ſubtus ſcabris. Calycibus ariſtatis, floribus villoſis. (Sob. dein Rud.) Flor. dan. t. 750.

Habitat Petropoli, in regione Wiburgenſi prope ecclesiam sti. Samsonii, circa cemeterium sti Iohannis et in multis aliis locis paludoſis. Floret Julio. ♃ Метелка болотная. Russ. Sob.

Digitized by Google

71. POA COMPRESSA. Panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso. (Spiculae lanceolatae, triflorae aut octoflorae, antheris fulvis.) (R. Sob.) Fl. dan. t. 742.

In pratis siccis ex adverso insulae apothecariae ad ripam Nevae fluvii, et paſſim. Метелка плоская. Russ. Sob.

72. POA NEMORALIS. Panicula attenuata florente patula: spiculis ſubbifloris mucronatis, scabris, culmo debili incurvo. (Sob.) Flor. dan. t. 749.

Habitat in pratis sylvoſis fertiliſſimis insulae lapideae, et ad ripas Nevae fluvii in parte septentrionali, nec non in aliis locis ſimilibus. Floret Julio. ♃ Мятлика, vel метелка лѣсная. Russ. Sobol.

73. POA BULBOSA. Panicula secunda patentiuscula: spiculis quadrifloris. (Culmi foliaque radicalia baſi bulbosa. Vivipara.) (Sob.) Vaillant. Paris. t. 17. Krocker flor. siles. 1. tab. 25. Crescit in inſulis, apothecaria, et lapidea, et paſſim in pratis apricis satis copiose. Glumae inaequales: aliae latae planae, aliae contractae longiores. Floret Majo, Junio. ♃ Мятлика vel метелка луковчатая. Russ. Sobol.

BRIZA. Calyx bivalvis, multiflorus: spicula distichsa: Valvulis cordatis obtusis; interiore minore ſubrotunda.

74. BRIZA MEDIA. Spiculis ovatis: calyce flosculis breviore racemuli binati undulati, antheris fusco-rubris. (G.) Fl. dan. t. 258.

In pratis ſubhumidis sylvoſis aeſtate ſiccioribus, circa pagum Ostrowki, in monte Poclonnaja, Pargelovii, et Crasnoselii, satis copiose. Floret Junio. ♃ Трясучка средняя. Russ. Sobol.

DACTYLIS. Calyx bivalvis multiflorus, valvis compreſſis, altero latere latioribus convexis semiovatis carinatis, altero anguſtis, valvula interiore majore. Corolla bivalvis, semen includens. Nectaria duo, baſi gibba.

75. DACTYLIS GLOMERATA. Panicula secunda glomerata. (folia caulina plerumque trinervia, aut sexnervia, spiculae, triflorae aut quadriflorae, asperae, petala bifida; ariſta terminali. Antherae flavo-rubellae. (G.) Fl. dan. t. 743. In pratis, cultis, et ad margines viarum paſſim. Floret Majo, Junio. ♃ Ежа сборная. Russ. Sobol.

CYNOSURUS. Calyx bivalvis multiflorus, aequalis. Corolla bivalvis, valvula altera concava longiore. Nectarium diphyllum. Receptaculum proprium unilaterale, foliaceum.

76. CYNOSURUS CAERULEUS. Bracteis integris, spicis subovatis, oblongis; corollis mucronatis. (Culmi cespitosi compressi enodes, spica densa caerulea, basi involucro diphyllo aut triphyllo, bracteis nigro violaceis; ex biglumis, gluma exteriore tricuspida, violacea) (G.) Arduin. spec. 2. t. 6. f. 3. 4. 5.

Habitat in pratis uliginoſis, et montoſis Strelinae, sub juniperis frequens, sed in aliis locis raro

observatur. Floret Majo, Junio. ♃ Собачій хвостъ, vel гребенникъ синій. Russ. Sobol.

FESTUCA. Calyx bivalvis, multiflorus. Spicula oblonga teretiuscula: glumis acuminatis.

77. FESTUCA OVINA. Panicula secunda coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. (Calyces flosculo breviores, petala bifida. Admodum variat; calycibus, tri-sex, aut septem floris, petalis interdum muticis; arista plus minus longa, glumis plus minusve coloratis; spiculis interdum viviparis et c.) (G.) Stillingfl. misc. t. 8.

In pratis montoſis et ericetis pasſim. Floret Majo, Junio. ♃ Занозка овечья. Sobol.

78. FESTUCA ELATIOR. Panicula secunda erecta: spiculis subaristatis, exterioribus teretibus. (Culmi sex aut quinquenodes, folia horizontaliter patentia, spiculae quinqueflorae aut novemflorae, glumis petalisque viridibus margine albo.) (G.) Schreb. gram. 34. t. 2.

In pratis fertilibus declivioribus insulae lapideae et alibi frequens est. Floret Majo, Junio. ♃ Занозка высокая. Russ. Sobol.

79. FESTUCA FLUITANS. Panicula ramosa erecta: spiculis subsesſilibus teretibus muticis. (Radiculi verticillati ad nodulos; glumae viridesſcentes, margine albo, decemflorae, antherae rubentes.) (G.) Fl. dan. t. 237.

In ductibus aquarum, et paludibus frequens. Floret tota aeſtate. ♃ Занозка пловучая. Sob. vel манная трава. Russ.

Digitized by Google

BROMUS. Calyx bivalvis multiflorus. Spicula oblonga teres diſticha; ariſta infra apicem valvulae majoris.

80. BROMUS SECALINUS. Panicula patente: spiculis ovatis, compreſſis; glumis nudis diſtinctis; ariſtis subulatis brevioribus subflexuoſis. (Vaginae foliorum villoſae, nodis faſcia atrorubris, spiculis teretibus lanceolatis, petalo interno truncato ciliato.) (G.) Leers fl. herb. t. 11. f. 2.

Habitat in agris Pargelovii, Oſinovae Roſchzae, et Ligovi, aliisque. Floret Junio, Julio. ⨀ Овсецъ ſive костеръ, костеръ аржаный. Russ. Sob.

81. BROMUS MOLLIS. Panicula erectiuscula: spiculis ovatis pubescentibus, ariſtis rectis, foliis molliſſime villoſis. (Piloſulus; spiculae sexflorae aut decemflorae, glumae virides margine albo, antheris flavis.) (Sob.) Schreb. gram. 60. t. 6.

Habitat ad sepes horti Nosocomialis petropolitani, et in arvis Pargelovii, aliisque. Floret Majo, Junio. ♂ Костеръ мягкій. Russ. Sobol.

82. BROMUS SQUARROSUS. Panicula nutante: spiculis ovatis; ariſtis divaricatis. (In spicula matura aristae divergunt.) (Sob.) Scheuchz. gram. t. 5. f. 11.

Crescit Pargelovii, Murinae, Ligovii, et Crasnoselii, ad vias agrorum satis copiose. ♃ Костеръ чешуйчатый. Russ. Sob.

83. BROMUS ARVENSIS. Panicula nutante, ſpiculis ovato-oblongis; glumae ventricoſae, amplae. (Sob.) Fl. dan. t. 293.

In arvis prope Sarſcoje ſelo, ad montem Pulcovum, et circa Craſnoy cabac. Floret Junio, Julio. ⊙ Костеръ полевый. Russ. Sobol.

84. BROMUS TECTORUM. Panicula nutante: ſpiculis linearibus, pedunculis piloſis. (R.) Leers fl. herb. t. 10. f. 2.

Habitat in montoſis Pargelovii, Murzincae et Ribaczia, rarius. Floret Junio, Julio. ♂ Костеръ кровельный. Russ. Sobol.

85. BROMUS GIGANTEUS. Panicula nutante: ſpiculis quadrifloris; ariſtis brevioribus. (Folia longa lataque plana, racemi binati; ariſtae quatuor aut quinque crispatulae albidae. Varietas glabra minor, villoſa major. Spiculae ſaepius triflorae. Ariſtae capillares.) (Sob.) Schreb. gram. t. 11.

Habitat in monte umbroſo Pulcovo, et in ſylvis prope urbem Gatzinam atque in monte Duderovo. Floret Julio, Auguſto. ♃ Костеръ великанскій. Russ. Sob.

AVENA. Caſyx bivalvis multiflorus: corolla oblonga, ariſta dorſali contorta geniculata.

86. AVENA ELATIOR. Paniculata, calycibus bifloris, floſculo hermaphrodito ſubmutico, maſculo ariſtato. (R. Sob.) Fl. dan. t. 165. (Planta

Digitized by Google

polygama, ad Holcos a nonnullis recentioribus relata.)

Ad margines ſylvarum ab agris remotarum prope Craſnoy cabac et Ligovo, occurrit rarius. Floret Julio. ♃ Овесъ высокій. Russ. Sobol.

87. AVENA FATUA. Paniculata, calycibus trifloris: floſculis omnibus ariſtatis baſique piloſis. (Folia quinquenervia, glumae internae coſtis octo aut novem; ariſta longiſſima, antheris flaveſcentibus. (G.) Schreb. gram. t. 15.

Habitat inter ſegetes. Floret Junio, Julio. ☉ Овесъ дикій. Russ. ſive овесъ приторный. Sob.

AVENA PUBESCENS. Subſpicata, calycibus ſubtrifloris baſi piloſis, foiiis planis pubeſcentibus. (R. Sob.) Leers fl. herb. t. 9. f. 2.

In pratis humidis inſulae lapideae, et circa montem Duderovium. Floret Junio. ♃ Овесъ мохнатый. Russ. Sob.

89. AVENA PRATENSIS. Subſpicata, calycibus quinquefloris. (Spiculis ſubſeſſilibus, floſculis baſi minus piloſis (G.) Leers fl. herb. t. 9. f. 1. Prope viam Schliſſelburgenſem ad officinas lateritias in pratis argillaceis, et inſula lapidea, nec non ad viam Wiburgenſem. Floret Junio, ♃ Овесъ луговый. Russ. Sob.

ARUNDO. Calyx bivalvis, multiflorus. Floſculi lana cincti, congeſti, Semen 1. pappoſum.

Digitized by Google

90. ARUMDO PHRAGMITES. Calycibus quinquefloris, panicula laxa. (G.) Leers fl. herb. t. 7. f. 1.

In lacubus et fluviis ad ripas paſſim. Floret Julio, Augusto. ♃ Тростникъ простой. Russ. Sobol.

91. ARUNDO EPIGEJOS. Calycibus unifloris, panicula erecta, foliis ſubtus glabris, attenuatis ſubconvolutis. Floſculis confertis. Panicula ſpadiceo-viridi. (Sob.)

Habitat in locis elevatis arenoſis et ſylvoſis paſſim. Floret Julio. ♃ Тростникъ земный. Russ. Sobol.

92. ARUNDO CALAMAGROSTIS. Calycibus unifloris, laevibus, corollis lanuginoſis, culmo ramoſo. (G.) Fl. dan. t. 280.

Ad ripas Nevae fluvii frequens eſt. Floret Julio. ♃ Тростникъ береговый. Russ. Sobol.

93. ARUNDO ARENARIA. Calycibus unifloris, foliis involutis mucronato pungentibus. (G.) Mart. Flor. ruſtic. t. 31. filiformis.

Habitat in ripa arenoſa inſulae Petri, et in inſula baſileenſi prope portum triremium. Floret Julio. ♃ Тростникъ песочный.

LOLIUM. Calyx monophyllus, fixus, multiflorus; ſpiculae alternae.

94. LOLIUM PERENNE. Spica mutica: ſpiculis compreſſis multifloris. (Spica plerumque ſexflora,

flore calyce longiore.) (G.) Fl. dan. t. 747.
Habitat in apricis et elevatis locis Murinae, Pargelovii et circa Sarſcoje ſelo, et Craſnoje ſelo. Floret Junio, Julio. ♃ Плевелъ многолѣтній. Russ. Sobol.

95. LOLIUM TEMULENTUM. Spica ariſtata, ſpiculis compreſſis multifloris, radice annua. (Culmi erecti ſcabri, nodis tribus aut quatuor; folia apice marcido fuſceſcente, graminea lata; rachis ſubtortilis; ſpiculae quatuor aut novemflorae; ſemen fuſcum latere altero gibbo.) (G.) Fl. dan. t. 160.
Habitat in agris inter hordeum et linum prope Sarſcoſelo, et Craſnoje ſelo, atque Pargelovii. Floret Junio. ☉ Плевелъ пьяный. Russ. Sobol.

ELYMUS. Calyx lateralis, bivalvis aggregatus, multiflorus.

96. ELYMUS ARENARIUS. Spica erecta arcta: calycibus tomentoſis floſculo longioribus. Foliis mucronato pungentibus, glaucis. (G.) Schreb. gram. t. 40.
Habitat in locis arenoſis. Maxima in copia occurrit in ripa maritima Strelinae, Oranienbaumii, et in ſuperiori regione Nevae fluvii ſupra cataractam. Floret Junio. ♃ Волоснецъ песочный. Russ. Sobol.

97. ELYMUS SIBIRICUS. Spica pendula arcta, ſpiculis binatis calyce longioribus. (Sob.) Schreb. gram. t. 21. f. 1.
Habitat in quantitate in ſylva umbroſa humidaque montis Pulcovi. Floret Julio. ♃ Волоснецъ сибирскій. Russ. Sob.

Digitized by Google

98. ELYMUS CANINUS. Spica nutaute arcta: ſpiculis rectis involucro deſtitutis: infimis geminis. (Involucra multiſeta, ſpicae ſex aut ſeptemflorae, petala ariſtata, gluma longiora.) (G.) Leers fl. herb. t. 12. f. 4.
Habitat in ſylvis montanis circa Duderovo, et in monte Pulcovo. Floret Junio, Julio, ♃ Волосенецъ собачій. Russ. Sobol.

TRITICUM. Calyx bivalvis, ſubtriflorus, ſolitarius. Flos obtuſiuſculus ſubariſtatus, acutus.
99. TRITICUM REPENS Calycibus quadrifloris ſubulatis acuminatis., foliis planis. Floſculi ſubmutici, receptaculo glabro. Admodum variat ſpiculis trifloris aut octofloris: ſubquadrifloris; breviter ariſtatis, aut inermibus. Colore glauco. (G.) Flor. dan. t. 748. Gramen officinarum.

Ubique in hortis oleraceis, et ad vias frequens eſt. Floret Junio, Julio. ♃ Пырей, Russ. пшеница ползучая. Sobol.

## TRIANDRA TRIGYNIA.

MONTIA. Calyx diphyllus. Corolla monopetala, irregularis. Capſula unilocularis, bivalvis. Calyx ſaepe foliolis tribus. Stamina tria vel quinque.
100. MONTIA FONTANA. Foliis oblongo-ovatis ſubcarnoſis, pedunculis unifloris, fructiferis deflexis. (G.) Fl. dan. t. 131.
In aquis ſtagnantibus circa fabricam pyriam ochtenſem et ad rivulos, frequens eſt. Floret Majo, Junio. ⊙ Мокричникъ ручейный. Russ. Sob.

Digitized by Google

# CLASSIS IV.

## TETRANDRIA.

## MONOGYNIA.

GLOBULARIA. Calyx communis, imbricatus, proprius tubulatus, quadridentatus aut quinquedentatus, inferus. Corollulae labio ſuperiore bipartito. Receptaculum paleaceum. Semen unicum superum nudum.

101. GLOBULARIA VULGARIS. Caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis: caulinis lanceolatis. (Foliis imbricatis lanceolatis.) (G.) Gaertn. de fr. et ſem. 3. t. 44. f. 11.

In pratis ſiccis et arvis ad fluvium Lugam. Floret Majo, Junio. ♃ Клубочникъ обыкновенный. Russ. Sobol.

SCABIOSA Calyx communis polyphyllus; proprius duplex ſuperus. Receptaculum paleaceum vel nudum, duplicatum, lignoſum, ſemen involvens.

102. SCABIOSA SUCCISA. Corollulis aequalibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. (Receptaculum paleaceum, ariſtulae quatuor nigricantes.) (G.) Fl. dan. t. 279.

Creſcit in pratis humidis ſylvoſis argilloſisque, ad montem Poclonnaja, circa flavium Ochtam ad fabricam pyriam; nullibi tamen majori in co-



Digitized by Google

pia, quam inter Strelinam et pagum Rjumca. Floret Julio, Auguſto. ♃ Отдышная трава, Russ. свербѣжница подкушеная. Sob.

103. SCABIOSA ARVENSIS. Corollis radiantibus, foliis ſuperioribus pinnatifidis, inciſis, caule hiſpido. (Calyces decem-ariſtati, receptacula piloſa. Variat foliis pinnatis, seu bipinnatis, integris; floribus plus minusve purpuraſcentibus, caeruleſcentibusve, vel albis. G.) Fl. dan. t. 447.

In arvis et pratis elevatis ſiccis ubique frequens eſt, praecipue in monte Poclonnaja, et Pulcova. Floret Junio, Julio. ♃ Свербѣжница полевая. Russ. Sob.

104. SCABIOSA SYLVATICA. Corollulis quadrifidis radiantibus, foliis omnibus indiviſis ovato-oblongis ſerratis, caule hiſpido. Caules ſuperne plerumque dichotomi; folia conjugata ampla, utrinque villoſa, venoſa, acumine longo terminato; pedunculi longiſſimi; flores purpuraſcentes; antherae caeruleae; receptaculum villoſum. Variat flore albo, ſimillima arvenſi. (B. Sob.) Iacqu. fl. auſtr. 4. t. 362.

Habitat in ſylvis, et campis circa Oranienbaum, et Oſinova Roſchcza, ſed parce. Floret Julio. ♃ Свербежница лѣсная. Russ. Sobol.

ASPERULA. Corolla infundibuliformis, limbo tripartito aut quadripartito. Semina duo, globoſa, ſuberoſa, tecta.

105. ASPERULA LAEVIGATA. Foliis quaternis ellipticis enervibus laeviuſculis, pedunculis di-

Digitized by Google

varicatis trichotomis, ſeminibus ſcabris. (Cum β Galio rotundifolio. Foliis ovatis quaternis, obtuſis aculeato-ciliatis, ſeminibus hiſpidis. Caules procumbentes ramoſiſſimi; folia trinervia, aſpera, ciliata; flores paniculati, racemulis dichotomis, pedunculis capillaribus, albi.) (Sob.) Boccon. mus. t. 11. f. 5. Iacq. fl. auſtr. 1. t. 94. Galium rotundifolium. Gort.

Habitat in ſylvis ſiccioribus Pargelovii, et in monte Pulcovo, et paſſim in locis elevatis umbroſis. Floret Julio, et Auguſto. ♃ Шерошница гладколистая. Russ. Sob.

GALIUM. Corolla monopetala campaniculato-rotata, brevis quadripartita aut tripartita. Semina duo globoſa, infera, ſuberoſa, integumento tecta. (Floribus omnibus hermaphroditis, Galium eſt; floribus nonnullis maſculis, Vaillantia.)

106. GALIUM PALUSTRE. Foliis quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffuſis, (Caulis flaccidus, diffuſus.. Folia quatuor aut quinque ſubreflexa. Antherae nigreſcunt.) (G.) Fl. dan. t. 428.

In ſylvis humidis et paludibus. Floret Junio, Julio. ♃ Подмаренникъ болотный. Russ. Sobol.

107. GALIUM TRIFIDUM. Foliis quaternis linearibus, caule procumbente ſcabro, corollis trifidis. Fl. dan. t. 48. (Stam. 3.)

In deſcriptione Gubernii Petropolitani celeb. Ge-

Digitized by Google

orgi dicitur creſcere circa Petropolim, afferente clar. Rudolpho, quod hucusque verificare non contigit; adeoqne dubito an hic datur, nam ceterum eſt planta canadenſis ſecundum Lin. Spec. plant. 158. Подмаренникъ тройчатый. Russ. Sobol.

108. GALIUM ULIGINOSUM. Foliis ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribns. (Caulis erectus rigidus. Folia sex aut septem linearia, ſcabra.) (G.) Schrad. Spicil. fl. german. p. 17. t. 1. f. 1. Barrel. pl. rar. ic. 82.

Creſcit ad rivulos prope viam a Sarcoſelo ad Craſnoſelium ducentem, et margines ſylvarum, et in viciniis urbis Jamburgi Floret Junio, Julio. ♃ Подмаренникъ ручейный. Russ. Sobol.

109. GALIUM SPURIUM Foliis ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus recurvatis. (Caulis craſſiusculus pallidus flaccidus. Folia ſex aut novem Fructus majuſculi ſcabri reflexi.) (B. S.) Vaillant. fl. paris. t. 4. f. 3. Affine Gal. Aparines, ſed minus.

Inter ſegetes circa montem Duderovium et urbem Iamburgum. Floret Iulio. ☉ Подмаренникъ пашенный. Russ. Sobol.

110. GALIUM VERUM. Foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus, (floribus parvis flavis.) Antherae deflorataе fiunt fuſcae. Folia nitida, margine revoluta, quoad diverſum

in caule ſitum numero variant. (G.) Blackw. herb. t. 435. Regn. bot. t. 23.

In patis elevatis Pargelovii, Oſinovae Roſchczae, Craſnoſelii, et ad fluvium Lugan, paſſim. Floret Junio, Julio. ♃ Млекоссѣдъ ſive подмаренникъ настоящій. Russ. Sob.

111. GALIUM MOLLUGO. Foliis octonis ovato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido: ramis pateutibus. (Folia obverſe ovata, emarginata, apice rotundata, ſpinoſo denticulata: caulis ramoſiſſimus.) (G.) Fl. dan. t. 455.

Creſcit in inſula lapidea, et rotunda, tum in monte Poclonnaja et paſſim in montoſis ſylvaticis. Floret Junio, Julio. ♃ Подмаренникъ мягкій. Russ. Sob.

112. GALIUM GLAUCUM. Foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis, caule laevi. (Caules flexuoſi, ſupra nodos incraſſati, trichotomi, ramis ultimis flores tres aut quinque albos umbellatim gerentibus. Folia verticillata, ſex aut octo ſuperne, ad ramos, duo, facie glaberrima. (G.) Iacq. flor. auſtr. 1. t. 81.

Habitat in pratis elevatis ſiccioribus, apricis ad montem Pulcovum et in ſimilibus locis inter Polytricha. Floret Julio. ♃ Подмаренникъ сизый Russ. Sobol.

113 GALIUM BOREALE. Foliis quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto, ſeminibus hiſ-

Digitized by Google

pidis. (Folia ſubtus ſcabra. Paniculae rami diphylli, floribus albis. Tota planta ſubaſpera eſt.) (G.) Sowerb. engl. bot. t. 105.

In pratis ſiccis inſulae rotundae in monte Poclonnaja, Pargelovii, atq. in monte Pulcovo, paſſim. Floret Junio, Julio. ♃ Подмаренникъ сѣверный. Russ. Sob.

114. GALIUM APARINE. Foliis octonis lanceolatis: carinis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis. (Floribus paniculatis, fructibus hiſpidis.) (G.) Fl. dan. t. 495.

Ad fluvium Lugam circa pagum Howſkaja, circa pagum Ribaczia, et paſſim in hortis Strelinae et Petropoli. Floret Junio. ☉ Подмаренникъ шероховатый, vel царапница. Russ. Sob.

PLANTAGO. Calyx quadrifidus. Corolla quadrifida: limbo reflexo. Stamina longiſſima. Capſula bilocularis, circumſciſſa, ſupera.

115. PLANTAGO MAJOR. Foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. (Folia ſeptemnervia; flores rubelli, lana ferruginea; capſula trilocularis; triſperma.) (G.) Flor. dan. t. 461.

Ad viat paſſim, unde Ruſſice Попутникъ dicitur. Floret tota aeſtate. ♃ подорожникъ vel попутнникъ большій. Sob.

Digitized by Google

116. PLANTAGO MEDIA. Foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. (Capſula monoſperma. β Varietas hirſuta, minor.) (G.) Flor. dan. t. 581.

In ſylva inſulae apothecariae, tum in aliis pratis ſylvoſis, argilloſis, uti in monte Pulcovo, et ad Sarſcoſelium, ſed parce. Floret Majo, Junio. ♃ Попутникъ vel подорожникъ средній. Russ. Sob.

117. PLANTAGO LANCEOLATA. Foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. (Folia ſeptemnervia, antherae albae.) (G.) Fl. dan. t. 437.

Ubique in pratis, et ad ductus aquarum et vias copioſe provenit, Floret Junio, Julio. ♃ Попутникъ vel подорожникъ узколистый. Russ. Sobol.

118. PLANTAGO MARITIMA. Foliis ſemicylindricis integerrimis baſi lanatis, ſcapo tereti. (Folia canaliculata.) (G.) Fl. dan. t. 243.

Habitat ad ripam ſabuloſam maritimam ſinus Cronſtadienſis 17, verſtas ab urbe, et prope Peterhoffium atque Oranienbaum. Floret Junio, Julio. ♃ Попутникъ vel подорожникъ приморскій. Russ. Sob.

CENTUNCULUS. Calyx quadrifidus. Corolla quadrifida rotata patens. Stamina brevia. Capſula unilocularis cirumſciſſa.

Digitized by Google

119. CENTUNCULUS MINIMUS. (Foliis alternis ovatis. Corolla breviſſima albida.) (P.) Fl. dan. t. 177.

In locis verno tempore inundatis, arenoſis aeſtate ſiccis, in parte Wiborgenſi et Catharinhofii. Floret Julio. ⊙ Сошенникъ малѣйшій. Russ. Sobol.

CORNUS. Involucrum tetraphyllum ſaepius, ſive nullum- Calyx quadridentatus, deciduus. Petala ſupera quatuor. Drupa ſucculenta, infera bilocularis: oſſicula ſolitaria.

120. CORNUS SUECICA. Herbacea, ramis binis. (G.) Fl. dan. t. 6.

Habitat in ſylva circa oſtium Lugae fluvii. Floret Julio. ♃ Деренъ травчатый. Russ. Sobol.

ALCHEMILLA. Calyx octofidus. Corolla nulla. Stylus ad baſim germinis. Semen unicum, vel duo calyce veſtita.

121. ALCHEMILLA VULGARIS. Foliis lobatis, (lobis dentatis. Stigma rotundum, ſplendens.) (G.) Fl. dan. t. 693.

Ubivis in pratis et ſylvis cultis copioſiſſime. Variat. β minor. in pratis et paſcuis ſiccioribus montoſis. Floret Junio, Julio. ♃ Львиная лапа, vel росникъ обыкновенный. Russ. Sobol.

Digitized by Google

# TETRANDRIA DIGYNIA.

CUSCUTA. Calyx quadrifidus aut quinquefidus. Corolla monopetala quadrifida, ovata. Capſula bilocularis, circumſciſſa. Semina Gemina.

122. CUSCUTA EUROPAEA. Floribus ſeſſilibus quadrifidis, (congeſtis, caule tetragono.) (G.) Fl. dan. t. 199. Planta paraſitica.

Habitat in ſylvis umbroſis, circa viam Strelinae, et Catharinhofli, Lupulum, Urticam aliasque plantas obvolvens. Floret Julio. ⊙ Повилица, ſive крапивная малина. Russ. повилица европейская. Sobol.

# TETRANDRIA TETRAGYNIA.

POTAMOGETON. Calyx nullus. Petala quatuor. Styllus nullus ſtigmata obtuſa. (Drupae quatuor uniloculares Semina quatuor uncinato-acuminata gibba.

123. POTAMOGETON NATANS. Foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. (G.) Mill. illuſtr. icon.

In ſtagnis Catharinhofii, inſulae lapideae et ramis minoribus fluvii Nevae. nec non in paludibus. Floret Junio. ♃

P. β Varietas; foliis lanceolato oblongis petiolis longioribus. (Sob.) Invenitur in lacu prope

montem Duderovium, et in initio canalis Ligovii. Floret Junio. ♃ Рдестѣ, vel жалга пловущая. Russ.

124. POTAMOGETON PERFOLIATUM. Foliis cordatis amplexicaulibus. (G.) Flor. dan. t. 196.

Ubivis in locis vadoſis Nevae fluvii et ſinus Cronſtadienſis. Floret Junio. ♃ Рдестѣ vel жалга сквозьлистная. Russ. Sob.

125. POTAMOGETON LUCENS. Foliis longiſſime lanceolatis ſeſſilibus, ſuperioribus oppoſitis. (Folia pellucida venoſa.) (G.) Flor. dan. t. 195.

Habitat in ramis fluvii Nevae, praecipue in ramis ejus lente fluentibns. Floret Iunio, Iulio. ♃ Рдестѣ, vel жалга блестящая. Russ. Sob.

126. POTAMOGETON CRISPUM. Foliis lanceolatis alternis oppoſitisve undulatis ſerratis. (Caulis compreſſus dichotomus.) (G.) Fl. dan. t. 927.

Creſcit cum Potamogetone perfoliato in ramis Nevae fluvii.. Floret Iunio. ♃ Рдестѣ, vel жалга кудрявая. Russ. Sobol.

127. POTAMOGETON GRAMINEUM. Foliis lineari-lanceolatis alternis ſeſſilibus ſtipula latioribus. (G.) Flor. dan. t. 222.

In fluvio Luga ad pagum Howſkaja, et in rivulo prope Goreloy cabac fluente. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Рдестѣ, vel жалга узсколистая. Russ. Sobol.

Digitized by Google

128. PETAMOGETON PUSILLUM. Foliis linearibns oppoſitis alternisque diſtinctts baſi patentibus, caule tereti. (G.) Vaill. fl. paris. t. 32. f. 4.

Habitat in paludibus prope officinas lateritias, et in fluviis Ochta, atque Lupa ad fabricam pyriam Ochtenſem profluentibus. Floret Majo, Iunio. ⨀ Рдестъ, vel жалга маленькая. Russ. Sobol.

SAGINA. Calyx tetraphyllus. Patala quatuor. Capſula unilocularis, quadrivalvis, polyſperma. Variat petalis nullls.

129. SAGINA PROCUMBENS. Ramis procumbentibus. (Petala calyce multo minore, fugaciſſima. Capſula faepius quinquevalvis, tum ſtyli quinque, ſemper quadrilócularis.) (G.) Curtis fl. Londin. t. 158.

In pratis montoſis et ſylvis. Pargelovii, Oſinovae roſchczae et ad ſegetes Ligovi, et Craſnoſelii copioſe creſcit. Floret Iunio, Iulio. ♃ Жируха лежачая. Russ. Sobol.

130. SAGINA ERECTA. Caule erecto ſubunifloro. (Foliis lineari-lanceolatis. Calyx clauſus, foliolis lanceolatis acuminatis. Capſpla ovata unilocularis, univalvis, ore plerumque decemdentato.) (Sob. B.) Flor. dan. t. 845.

Habitat ad ripam lacus Pargelovii, ad rivulos Dranici, tum circa urbem Iamburgum, et multis

Digitized by Google

aliis locis humidis declivibus. Floret Iunio. ☉ Жируха стоячая. Ruſs. Sobol.

# CLASSIS V.

# PENTANDRIA.

## MONOGYNIA.

MYOSOTIS. Corolla hypocrateriformis, quinquefida, emarginata: fauce clauſa ſquamulis fornicatis. Nuces quatuor imperforatae.

131. MYOSOTIS PALUSTRIS. Seminibus laevibus. calycibus obovalibus obtuſis glabris, corollae tubum aequantibus, foliis lanceolatis, (ſubtus glabris, ſubligulatis, calycibus patulis.) (Sob.) Knorr. del. hort. I. tab. I.

Habitat in inſula apothecaria ad ripas Nevae fluvii et paſſim ad ductus aquarum. Fforet Majo, Iunio. ♃ Мышье ушко. Russ. болотное. Sobol.

132. MYOSOTIS ARVENSIS. Seminibus laevibus calycibus ovalibus auuminatis hirſutiſſimis tubo corollae longioribus clauſis, foliis ovato-lanceolatis. (Caulis tetragonus uniflorus, ramoſiſſimns. Flores utrique, olim Myoſoti ſcorpioidi, carneo-caeruleove albidi, folia apice calloſula.

Digitized by Google

Variat, calycibus patulis.) (G. Sob.) Fl. dan. t. 58.

Creſcit ubique in agris et arvis, tum in hortis oleraceis in parte Peterburgenſi et ad ſepes hortorum. Floret Majo, Iunio. ⊙ Мышье ушко полевое. Russ. Sob.

133. MYOSOTIS LAPPULA. Seminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis piloſis. (Caule elongato baſi piloſo, tereti paniculato ſcabro. Floribus ſubſeſſilibus.) (G.) Flor. dan. t. 692.

In ruderatis a parte Peterburgenſi circa portum Gagarinum, et ad ſepes hortorum parce occurrit. Sobol Floret Majo, Junio. ⊙ Мышье ушко репейчатое. Russ. Sobol.

LITHOSPERMUM. Calyx quinquepartitus. Corolla infundibuliformis, tubo longo gracili, fauce perforata nuda. Stigma bifidum. Nuces quatuor lapideae, imperforatae.

134. LITHOSPERMUM OFFICINALE. Seminibus laevibus, corollis vix calycem ſuperantibus, foliis lanceolatis. (Flores albi, axillares, vix pedunculati, ad baſin angulorum foveola.) (B. R.) Gaertn. de fr. et Sem. Cent. 5. t. 67. Lithoſpermum officinarum.

Habitat ad vias agrorum circa Petropolim parce. Floret Iunio. ♃ Воробейникъ vel Каменное семя аптекарское. Russ.

135. LITHOSPERMUM ARVENSE. Seminibus

rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus. (Radix rubra, flos albus, flauicans, ſolitarius in racemo terminali folioſo.) (G.) Flora dan. t. 456.

Habitat inter ſegetes et ad vias agrorum in Koirowa, et prope montem Duderovium. atque Pargelovii. Floret Junio. ⊙ Воробейникъ полевый. Russ. Sobol.

ANCHUSA. Corolla infundibuliformis, fauce clauſa ſquamulis fornicatis, tubo baſi ſubpriſmatico. Nuces quatuor uniloculares, baſi perſoratae.

136. ANCHUSA OFFICINALIS. Foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis. (Calycibus quinquepartitis.) (G.) Flor. dan. t. 572. Bugloſſum officinarum.

In locis ruderatis et hortis paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Воловый языкъ. Russ. ſive Воловикъ аптекарскій. Sobol.

137. ANCHUSA ANGUSTIFOLIA. Racemis ſubnudis conjugatis. Calycibus quinqnefidis. (B.) Moriſ. hiſt. plant. 3. t. 26. f. 4.

In arvis arenoſis circa Jamburgum. Floret Majo, Iunio. ♃ Воловикъ узколистый. Russ. Sobol.

138. ANCHUSA TINCTORIA. Tomentoſa, foliis lanceolatis obtuſis, ſtaminibus corolla brevioribus. Corolla lutea. (B.) Regn. bot. t. 34. Alcanna ſpuria, offic.

Habitat rarius in pratis ſiccis arenoſis circa Jamburgum. Floret Iunio, Iulio. ♃ Воловикъ красильный. Russ. Sobol.

Digitized by Google

CYNOGLOSSUM. Corolla (plurimis) infundibuliformis: fauce clauſa ſquamis fornicatis. Semina depreſſa, interiore tantum latere ſtylo affixa. Nuces quatuor depreſſae, imperforatae. Receptaculum ſubulatum.

139. CYNOGLOSSUM OFFICINALE. Staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis, tomentoſis ſeſſilibus. (Caule ramoſo, capſulis echinatis.) (G.) Blackw. herb. t. 249. Cynogloſſum officinar.

Habitat in monte Duderovo, et in ejus viciniis herboſis, montoſis. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Собачій языкъ. Russ. vel собачникъ аптекарскій. Sob.

PULMONARIA. Corolla infundibuliformis, fauce pervia, villis conniventibus. Calyx priſmatico-pentagonus, aut abbreviatus. Stigma plerumque bifidum.

140. PULMONARIA OFFICINALIS. Foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris, (decurrentibus maculis demum albis. Folia caulina ovato-oblonga.) (G.) Fl. dan. t. 482. Pulmonaria maculoſa officinarum.

Creſcit in ſylvis Pargelovii, Oſinovae rolchczae, Murzincae, et copioſiſſime in monte Duderovo. Floret Aprili, Majo. ♃ Медуница аптекарская. Russ. Sob.

SYMPHITUM. Corolla infundibuliformis, ſuperne ventricoſa, fauce clauſa, radiis conicis fiſtuloſis

extus ſub limbo foramine hiantibus. Nuculae quatuor perforatae. Stamina, paleas inter patentes, antheris ſagittatis.

141. SYMPHITUM OFFICINALE. Foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. (Caule alato, corollis rubris, ſive violaceis.) (G.) Fl. dan. t. 664. Conſolida mojor offic.

Ad fluvium Wolchow ſupra pagum Tſchortovo nihil hac planta copioſius alias nuſquam viſa. Floret Iunio, Iulio, Auguſto. ♃ Лошаково ухо, vel сальной корень· Russ. сальница аптекарская. Sob.

LYCOPSIS. Corolla infundibuliformis, tubo incurvato: fauce clauſa ſquamis quinque. Nuces quatuor perforatae.

142. LYCOPSIS ARVENSIS. Foliis lenceolatis hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis. (Folia undulata deuticulata hiſpida, flores caerulei, calycem excedentes.) (G.) Blackw. herb. t. 234. Habitat inter ſegetes ad Goreloy Cabac, et Craſnojeſelo, nec non in ripa arenoſa Nevae fluvii in inſula baſileenſi. Floret Majo. ⨀ Кривошейка полевая. Russ.

ECHIUM. Corolla iregularis, quinquefida, fauce nuda. Nuces quatuor gigantoideae, ſcabrae imperforatae. (Stamina inaequalia.)

143. ECHIUM VULGARE. Caule tuberculato hiſpido, maculato, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus, (axillaribus.) (G.) Fl. dan. t. 445.

Habitat in diſtrictu coporienſi, ad vias et paſſim inter ſegetes Craſnoſelii. Admodum variat. Floret Iunio, Iulio. ♂ Румянка обыкновенная. Russ. Sob.

Digitized by Google

ANDROSACE. Involucrum umbellulae. Corollae hypocrateriformis tubus ovatus: ore glanduloſo. Capſula unilocularis, globoſa, apice quinquefariam dehiſcens, polyſperma.

144. ANCROSACE MAXIMA. Perianthiis fructuum maximis. (Roſulae foliorum ſupra medium ſerratulorum. Scapi nudi pedunculis umbellatis; folia involucri coriacea, acuminata, flores albi, limbo flavido.) (B.) Iacq. Fl. auſtr. V. 4. t. 331.

Habitat in agris cultis circa urbem Narvam. Floret Aprili, Majo. ⊙ Твердочашечница большая. Russ. Sobol.

145. ANDROSACE SEPTENTRIONALIS. Foliis lanceolatis dentatis glabris, perianthiis angulatis corolla brevioribus. (Scapi elongati, umbellae breves.) (G.) Fl. dan. t. 7.

Habitat in monte Pulcovo, et in montoſis fluvii Narvae ripis. Dloret Aprili, et Majo. ⊙. Твердочашечница сѣверная. Russ. Sobol.

PRIMULA. Involucrum umbellullae. Corollae tubus cylindricus: ore patulo. Stigma globoſum. Capſula unilocularis, apice decemdentato, dehiſcens, polyſperma. (Calyx tubulatus pentagonus.)

146. PRIMULA OFFICINALIS. (Primula officin. veris). Foliis dentatis rugoſis, ſcapis multifloris, floribus omnibus nutantibus, corollarum limbo concavo. (G.) Fl. dan. t. 433.

Habitat in ſylvis umbroſis, inſulae Petri, Pargelovii, Paedii Murzincae, Montis Pulcovi, et co:



Digitized by Google

pioſiſſima in monte Duderovo. Floret Majo. ♃ Буквица бѣлая. Russ. vel первоцвѣтъ аптекарскій. Sobol.

MENYANTHES. Corolla hirſuta, cylindrico-infundibuli-formis. Nectaria quinque ad baſin germinis. Stigma bilobum. Capſula unilocularis.

147. MENYANTHES TRIFOLIATA. Foliis ternatis, corollae laciniis margine integris, ſuperne barbatis. (G.) dan. t. 541.

Creſcit in inſula apothecaria et ubivis in paludibus vulgatiſſima planta eſt. Floret Majo, Iunio. ♃ Трилистникъ водяный, vel Вахта. Russ. вахта трилистная. Sobol. Trifolium fibrinum officinar.

HOTTONIA. Corolla hypocrateriformis. Stamina tubo corollae impoſita. Stigma globoſum. Capſula unilocularis.

148. HOTTONIA PALUSTRIS. Pedunculis verticillato-multifloris. (Scapus fiſtuloſus, folia 5-6 ſetacea pinnata verticillata, ſub aqua; calycis laciniis anguſtiſſimis. Corollae albae.) G.) Fl. dan. t. 487.

Creſcit copioſiſſime in inſulae lapideae foſſis, et circa Petropolim in paluſtribus umbroſis. Floret Majo, Iunio. ♃ Готтонка болотная. Russ. Sobol.

LYSIMACHIA. Corolla rotata plana. Stylus perſiſtens, ſtigmate obtuſo. Capſula globoſa mucronata, unilocularis, 5-10 valvis, polyſperma.

Digitized by Google

149. LYSIMACHIA VULGARIS. Paniculata: racemis terminalibus. (Pedunculis multifloris. Stamen unum caeteris longius, baſi omnia connata. Corolla glanduloſa, Folia lanceolata, oppoſita bina terna, quaterna, patentia. Admodum variat.) (G.) Fl. dau. t. 689. Lyſimachia lutea. officinar.

Habitat in nemoribus umbroſis et proventu herbarum fertiliſſimis, uti in inſula lapidea, atque Catharinhofii. Floret Iunio, Iulio. ♃ Вербейникъ, ſive Лизимахія, Russ. Вербейникъ обыкновенный. Sob.

150. LYSIMACHIA THVRSIFLORA. Racemis lateralibus pedunculatis. (Denſiſſimis. Flores congeſti. flavi, rubromaculati.) (G.) Flor. dan. t. 517.

Nulla palus facile invenitur ubi haec non copioſe proveniat, tam circa Petropolim, quam ad fluviam Wolchow. Creſcit etiam ad ripas Nevae fluvii in inſula apothecaria. Floret Iunio, Iulio. ♃ Вербейникъ метелкоцветный. Russ. Sobol.

151. LYSIMACHIA NUMMULARIA. Pedunculis unifloris foliis ſubcordatis, floribus ſolitariis, caule repente. (Caulis tetragonus, foliolis calycis erecti-cordatis.) (G.) Flor. dan. t. 493. Nummularia officin.

Habitat in ſylvis humidis umbroſis; Catharinhofii. Strelinae, in inſula baſileenſi, ad ductum aqnarum Ladogenſium, et ad fluvium Wolchow. Floret Iunio, Iulio. ♃ Полушечная трава ſive

Луговой чай. Russ. Вербейникъ полушечный. Sob.

CONVOLVULUS. Corolla campanulata, plicata. Nectarium corona germen baſi ambiens. Stigmata duo. Capſula 2-3 locularis: loculis diſpermis.

152. CONVOLVULUS SEPIUM. Caule volubili, foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. (Folia ore fuſca; ambitus nectarii quinquedentatus, corolla nivea, calyce arctiori, bracteato.) (G.) Fl. dan. t. 458. Bracteae duae magnae.

Ad fluvium Lugam circa oſtium Roſſonae in ripis frequentiſſima planta eſt; alias uuſquam obvia. Floret Iunio, Iulio. ♃ Повилица ſeu повиличные колокольчики. Russ. обвивальница заборная. Sobol.

POLEMONIUM. Corolla quinquepartita, rotata, fundo clauſo valvis ſtaminiferis. Filamenta baſi dilatata, membranacea. Stigma trifidum. Capſula trilocularis, univalvis, ſupera. Semina angulata. (Planta dubia.)

153. POLEMONIUM CAERULEUM. Eoliis pinnatis, floribus erectis, calycibus tubo corollae longioribus. (Variat floribus albis; ſtigmate bifido vel trifido.) (G.) Fl. dan. t. 255.

Habitat in ſylvis, circa Strelina, et copioſiſſima in monte Duderovo. Floret Majo, Iunio. ♃

Digitized by Google

Грецкой булдырянъ. Russ. Брань синяя. Sobol.

CAMPANULA. Corolla campanulata fundo clauſo valvis ſtaminiferis. Filamenta baſi dilatata, fornicata. Stigma trifidum. Capſula infera tri, quinquelocularis, poris lateralibus dehiſcens.

154. CAMPANULA UNIFLORA. Caule unifloro, calyce corollam aequante. Caulis ſolitarius erectus, foliis laevibus. (G.) Flor. Lappon. t. 9. f. 5. 6.

Habitat in prato amoeniſſimo ad fluvinm Wolchow. (Folia lanceolata, leviſſime crenata, numero quatuor. Flos nutans.) Floret Iunio, Iulio. ♃ Колокольчикъ одноцвѣтный. Russ. Sobol.

155. CAMPANULA ROTUNDIFOLIA. Foliis radicalibus reniformibus, caulinis 2-3 floris, late campanulatis. (Varietates: minor et linifolia quae: foliis ſubhirſutis: radicalibus obovatis ſubrotundis ſerratis, caulinis confertis linearibus integerrimis, dentibus calycinis ſetaceis, flore nutante — a plerisque ſpecies habetur. Variat ſaepius ſpica ſecunda.) (G.) Curt. fl. Lond. t. 226.

In pratis ſylvoſis elevatis paſſim, ſed *a*, multo copioſior. Floret Julio. ♃ Колокольчикъ кругдолистый. Russ. Sobol.

156. CAMPANULA PATULA. Foliis ſtrictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula. (Caulis angulatus, ſcaber: folia villoſula crenata.

Digitized by Google

Segmenta calycis erecta, dentata.) (G.) Fl. dan. t. 373.

In pratis humidis ad ramum Nevae fluvii Tſchornaja retſchka in regione Viburgenſi, et paſſim. Floret Junio, Julio. ♂ Колокольчикъ розсыпной. Russ. Sobol.

157. CAMPAMULA PERSICIFOLIA. Foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis. (Tota glabra, caule paucifloro nunc angulato, nunc tereti, corolla dilute caerulea, ampla, laciniis patentibus, germine hirto. Ludit ſcabritie, glabritie, caulis florumque magnitudine. Folia ſeſſilia, inferiora ligulata, ſerraturae albidae.) (G.) Bulliard. herb. Franc. t. 367.

Habitat in pratis ad fluvium Wolchow, et in ſylva inſulae apothecariae paulo ſupra oſtium rami Carpowca dicti. Item copioſe in pratis ab utraque parte viae quae Petropoli Peterhovium tendit 18, verstis ab urbe; tum in monte Pulcovo, et Duderovo. Floret Junio. ♃ Колокольчикъ персиколистый. Russ. Sobol.

158. CAMPANULA RHOMBOIDEA. Foliis rhomboidibus ſerratis, ſpica ſecunda, calycibus dentatis. Capſulis glabris venoſis. (G.) Boccon. mus. t. 61. Variat floribus caeruleis et albis; planta tota ſubaſpera et glabra.

Habitat in ſylvis umbroſis Pargelovii, Oſinovae Roſchzae, montis Pulcovi, et in monte Duderovo copioſiſſime, cum ſuis varietatibus. Floret Junio, Julio. ♃ Колокольчикъ углатолистый. Russ. Sobol.

Digitized by Google

159. CAMPANULA LATIFOLIA. Foliis ovato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, floribus ſolitariis pedunculatis, fructibus cernuis. (Lom.) Flor. dan. t. 782.

Habitat ad fabricam rudicenſem, in monte Pulcovo et Duderovo ſed parce. Floret Julio. ♃ Колокольчикъ широколистый. Russ. Sobol.

160. CAMPANULA RAPUNCULOIDES. Foliis cordato-lanceolatis, ſerratis, caule ramoſo, floribus ſecundis ſparſis, calycibus reflexis. Variat floribus minoribus ſecundis. Folia ſeſſilia. (G.) Moris. hiſt. pl. 2. t. 4. f. 32.

In pratis ſylvoſis, cultis, prope fluvium Strelina. Floret Julio. ♃ Колокольчикъ рѣпчатый. Russ. Sob.

161. CAMPANULA TRACHELIUM. Caule angulato, foliis cordato-lanceolatis, petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. (axillaribus; calycibus hiſpidis. Corolla intus villoſa. Variat pedunculis unifloris.) (G.) Bulliard. herb. Franc. t. 319.

Habitat in pratis montoſis, Pargelovii, Strelinae et in aliis locis ſimilibus maxima in copia. Floret Julio. ♃ Колокольчикъ жесткій. Russ. Sobol.

162. CAMPANULA GLOMERATA. Caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. (axillaribus que. Folia ovoto-lanceolata ſerrata cauleque pericarpio que villoſa. Flores terni erecti conglomerati.) (G.) Herm. parad. bot. t. 235.

Digitized by Google

Per totum gubernium in pratis ſylvaticis montoſis vulgaris planta eſt. Floret Julio. ♃ Примочная трава. Russ. Колокольчикъ сборный. Sobol.

163. CAMPANULA CERVICARIA. Hiſpida, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali, foliis lanceolatolinearibus undulatis, (hiſpidis: capitulis axillaribus terminalique. Caulis anguloſus, elongatus. Bracteae cordatae. Flores laterales ut plurimum tres, in faſciculo ſeſſili terminali, ſex aut octo in capitulo hemiſphaerico.) (G.) Fl. dan. t. 787.

Habitat in pratis argilloſis et arenoſis cira officinas lateritias, in tractu Schliſſelburgenſi, prope pagum Ribaczija, et ſylvis montoſis Strelinae. Floret Junio, et Julio. ♃ Колокольчикъ оленній. Russ. Sobol.

LONICERA. Corolla monopetala, tubuloſa, irregularis, laciniis revolutis, una profundius ſeparata. Stigma obtuſo-capitatum. Bacca polyſperma, uni-trilocularis, infera.

164. LONICERA XYLOSTEUM. Pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis integerrimis pubeſcentibus. (Corollae albae filamentis ſtyloque villoſis. Flores exalbidi.) (G.) Flor. dan. t. 808.

In ſylvis ad Fabricam pyriam Ochtenſem, circa pagum Murino, Strelina et paſſim. Floret Majo, Junio. ♄ Жимолость обыкновенная, ſive жимолостникъ обыкновенный. Russ. Sob.

165. LONICERA CAERULEA. Pedunculis bifloris, baccis coadunatis globoſis, ſtylis indiviſis.

Digitized by Google

(Folia oppoſita, paribus decuſſantibus plerumque, gemmis ſubulatis rubentibus; perianthium quadridentatum ſetis duabus; corollae ochroleucae baſi bigibboſae, limbo ſub bilabiato, baccae nigro-caeruleae maculis lateralibus fuſcis. (Sob.) Jacq. flor. auſtr. v. 5. opp. t. 17.

Habitat in ſylvis montoſis, circa vicum Hoſtilitza in quantitate. Floret Majo, Junio. ♄ Жимолость синяя. Russ. Sobol.

VERBASCUM. Corolla rotata, ſubaequalis. Stamina declinata, inaequalia, villoſa. Stigma obtuſum. Capſula bilocularis, bivalvis, diſſepimento alato, polyſperma.

166. VERBASCUM THAPSUS. Foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici, ſtigmate globoſo. (Spica longiſſima densiſſima; bracteis floribus aequantibus.) (G.) Flor. dan. t. 361.

Habitat ad ductum aquarum Ladogenſium et circa montem Duderovium in locis arenoſis. Floret Julio. ♂ Царскій скипетръ, ſive медвѣжье ухо. Russ.

167. VERBASCUM NIGRUM. Foliis cordato-oblongis petiolatis. (Caule ramisque laxe denſeque ſpicatis, foliis utrinque villoſis, corollis maculis rubris, filamentis villo purpureo. Variat foliis baſi lyratis. (G.) Zorn pl. med. ic. 1. t. 25.

Habitat in monte Duderovo et ejus viciniis umbroſis ſubhumidis, tum in ripis Nevae fluvii ſu-

Digitized by Google

pra cataractam frequens eſt. Floret Junio, Julio. ♃ Царскій скипетрь черный. Ruſs. Sobol.

HYOSCYAMUS. Corolla infundibuliformis, obtuſa, irregularis, ſemiquinquefida, lacinia unica latiore. Stamina inclinata. Stigma capitatum. Capſula bilocularis, operculata, circumſciſſa, operculo dehiſcente. Semina plurima reniformia. (Calyx ventricoſo-tubuloſus perſiſtens.)

168. HYOSCYAMUS NIGER. Foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. (Caulis tomentoſus viſcidulus. Corolla livide flaveſcens, venis atropurpureis, extus hirtella.) (G.) Blackw. herb. t. 550.

In ruderatis et cultis Petropoli, paſſim occurrit, tum prope pagos Toſna, Ribaczija, copioſe. Floret Junio, Julio. ♂ Белена, ſive Блекота́. Ruſs. Белена черная. Sobol.

SOLANUM. Corolla rotata. Antherae ſubcoalitae, apice poro gemino dehiſcentes. Bacca bilocularis.

169. SOLANUM DULCAMARA. Caule inermi fruteſcente flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis, (dichotomis, nutantibus, corollis violaceis, maculis duabus viridibus. Variat: caule erecto, ſuffruticoſo; foliis ovatis.) (G.) Curtis Fl. Londin. t. 4. Dulcamara officin.

In locis humidis ſylvoſis et foſſis, circa Strelinam, et Pargelovium, tum circa Murzincam.

Digitized by Google

Floret Majo, et Junio. ♄ Сладка и горка. Ruſs. ПасленЪ сладко-горкiй. Sobol.

170. SOLANUM NIGRUM. Caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-augulatis, racemis diſtichis nutantibus. (Caulis aſper angulatus.) (L.) Fl. dan. t. 460. Solanum officin.

Habitat in cultis et ruderatis inſulae baſileenſis et paſſim. Floret Junio, Julio. ⨀ ПасленЪ. Russ. ПасленЪ черный. Sobol.

RHAMNUS. Calyx tubuloſus: ſquamis ſtamina munientibus. Corolla nulla. (Petala minima ligulata.) Drupa ſubrotunda, ſubtrilocularis.

171. RHAMNUS. CATHARTICUS. Spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis, caule erecto. (fruticoſo. Flores albidi, ſtylo tri ſev quadrifido, bacca rotunda, tetraſperma. Corolla quadrifida tetrandra.) (G) Fl. dan t. 850. Spina cervina. Officinar.

Habitat circa cataractas Nevae fluvii. Floret Junio. ♄ Придорожная иголка. Russ.

172. RHAMNUS FRANGULA. Inermis floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. (Calyx quadrifidus, petala bifida, ſtigma trifidum, bacca rubra, demum nigreſcens. Drupa clauſa officulis quatuor.) (G.) Fl. dan. t. 278. Frangula officinar.

Ubique in ſylvis ſubhumidis, uti in monte Poclonnaja, et Pulcova, et in inſulis apothecaria, lapidea aliisque frequens occurrit. Floret Majo. ♄ Крушина. Russ.

EVONYMUS. Calyx patens. Corolla pentapetala. Stamina tuberculis conicis viridibus. Capſula ſucculenta, colorata, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis. Theca antroſa. Semina arillo baccato obvoluta.

173. EVONYMUS EUROPAEUS. Floribus plerisque quadrifidis, foliis ſeſſilibus acutis. (Rami laeves, pedunculi compreſſi, ſtigmata ſubulata.) (G.) Bulliard. herb. Franç. t. 135.

Habitat in ſylvis montoſis circa fluvium Luga. Floret Majo, Junio. ♄ Бересклетъ, ſive Жигалокъ. Russ. Бересклетъ Европейскій. Sobol.

RIBES. Petala quinque et ſtamina calyci inſerta. Stylus bifidus. Bacca polyſperma, infera, unilocularis.

174. RIBES RUBRUM. Inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiuſculis. (L.) Schmidt öſterr. allg. Baumz. II. t. 93. Ribes rubrum officin.

Habitat in ſylva umbroſa ad Craſnoj cabac tum circa Murinam, atque Ochtam, et paſſim in ſylvis vaſtiſſimis ſubhumidis, Floret Majo. ♄ Смородина красная. Russ.

175. RIBES ALPINUM. Inerme racemis erectis, bracteis flore longioribus. (Foliis magnis lucidis dorſo glabris, facie ſubpiloſis: petala minima flavicantia, baccae glutinoſae. Racami declinati. Flores ſaepiſſime dioici ſteriles.) (G.) Jacq. Flor. auſtr. v. 1. t. 47.

Digitized by Google

Habitat in monte Duderovo, tum circa Gatczinam, et Sivoritzam, aliisque in locis montoſis. Floret Majo, Junio. ♄ Смородина горная. Russ. Sob.

176. RIBES NIGRUM. Inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. (Petala conniventia. Calyx reflexus.) (G.) Fl. dan. t. 556.

Habitat in inſula rotunda, in inſula Baſileenſi, tum circa Murinam et Ochtam; ad Goreloy cabac, aliisque in locis ſylvoſis humidis, copioſe. Floret Majo. ♄ Смородина черная. Russ.

## DIGYNIA.

CHENOPODIUM. Calyx quinquefidus, quinquedentatus, coſtatus, laciniis concavis. Corolla nulla. Semen unicum lenticulare, ſuperum, horizontale, calyce connivente tectum. (Variat floribus mere foemineis.)

* Foliis anguloſis.

177. CHENOPODIUM URBICUM. Foliis triangularibus ſubdentatis, racemis confertis ſtrictiſſimis cauli approximatis longiſſimis. (G.) Buxb. fl. hal. t. 1.

Ad vias et ſepes Petropoli, tum circa pagos in hortis oleraceis, Oſinovae Roſchczae, et Duderovii. Floret Junio. ⨀ Гусиная нога городская. Sobol.

178. CHENOPODIUM RUBRUM. Foliis cordato-triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racemis

erectis compoſitis ſubfolioſis caule brevioribus. (Racemi rubicundi. Folia ſinuata fiſſa.) (Sob. R.) Moris. hiſt. plant. 2. t. 31.

In ruderatis et hortis oleraceis regionis Petropolitanae atque circa pagos rarius occurrit. Floret Junio, Julio. ⊙ Гусиная нога красная. Russ. Sobol.

179. CHENOPODIUM ALBUM. Foliis rhomboideo-triangularibus eroſis poſterius integris: ſummis oblongis, racemis erectis. (Diameter transverſalis foliorum longitudinali major.) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 92.

Ubique ad vias et ſepes, in ruderatis et hortis oleraceis. Floret Junio, Julio. ⊙ Дикая лебеда. Russ. Бѣлая гусиная нога. Sobol.

180. CHENOPODIUM VIRIDE. Foliis rhomboideis dentato-ſinuatis, racemis ramoſis ſubfoliatis, (glomeratis, calycibus argute pentagonis, foliis praecedentis, ſubtus farina tectis, longioribus. Caulis augulis purpuraſcentibus.) (G.) Curtis fl. Londin. t. 103.

In hortis oleraceis frequentiſſima planta. Floret Junio, Julio. ⊙. Зеленая гусиная нога. Sob.

181. CHENOPODIUM HYBRIDUM. Foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramoſis nudis. (Odore narcotico, viroſo.) (Sob.) Curtis Fl. Londin. t. 248.

Habitat in hortis oleraceis et variis locis cultis, ſed pace. Floret Junio. ⊙ Гусиная нога вырородочная. Russ. Sob.

Digitized by Google

182. CHENOPODIUM GLAUCUM. Foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis ſimplicibus glomeratis. (Sob.) Tabern. Kraeuterb. ic. p. 427.

Creſcit in urbe Petropoli ad vias, ſepes, ductus aquarum et ubique in hortis oleraceis. Floret Junio, et Julio. ⊙ Гусиная нога сизая. Russ. Sobol.

Foliis integris.

183. CHENOPODIUM POLYSPERMUM. Foliis integerrimis ovatis, caule ſuberecto, decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus, calycibus fructus patulis. (Folia oris rubella.) (G.) Curt. Fl. Lond. t. 115.

Creſcit in hortis oleraceis, et locis cultis Petropoli, et ad vicum Sarſcoje ſelo. Floret Junio, Julio. ⊙ Гусиная нога многосѣмянная. Russ. Sobol.

184. CHENOPODIUM MARITIMUM. Foliis ſubulatis ſemicylindricis. (L.) Flor. dan. t. 489.
Occurrit paſſim in arena maris littorali, quae ab aquis inundatur, a Catharinhoffio, uſque ad Oranienbaumium. Floret Julio. ⊙ Гусиная нога приморская. Russ. Sobol.

ULMUS. Calyx quinquefidus, interne coronatus, emarceſcens. Corolla nulla. Capſula ſupera, unilocularis, foliaceo-compreſſa, alata. Semen ſolitarium. Stamina quatuor aut quinque.

185. ULMUS CAMPESTRIS. Foliis duplicato-ſerratis: baſi inaequalibus; floribus ſubſeſſilibus conglomeratis. (Dentes calycini duo lobulis lateralibus minores.) (G.) Flor. dan. t. 632.

Digitized by Google

Habitat in ſylvis ad fluvium Lugam, Wolckow, et circa Vicum Hoſtilitza. Floret Majo. ♄ Илемъ. Russ. илемъ полевый. Sobol.

GENTIANA. Calyx monophyllus. Corolla monopetala, perſiſtens, tubuloſa inferne. Receptacula duo longitudinalia. Capſula bivalvis unilocularis. Semina parva valvis inſerta. (Vel unam quintam partem excludit, vel unam tertiam addit; corolla admodum variat.)

186. GENTIANA PNEUMONANTHE. Corollis quinquefidis campanulatis, acutis, oppoſitis pedunculatis, foliislinearibus. (Connatis, interdum radicalibus lanceolatis longiſſimis faſciculatis. Flores axillares, antherae connatae.) (G.) Flor. dan. t. 269.
Habitat in pratis montoſis humidis Oſinovae Roſchczae et prope Jamburgum circa ſegetes. Floret Julio, et Auguſto. ♃ Стародубка, ſive горчавка, Russ. Стародубка воздухоцвѣтная. Sobol.

187. GENTIANA CENTAURIUM. Corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, piſtillo ſimplici. (Flores corymboſi, albido-purpurei, tubo flavo, denticulis nullis. Antherae defloratae contortae.) (G.) Fl. dan. t. 617.
Habitat in montoſis ſylvaticis humidis Pargelovii, Craſnoſelii, et paſſim ad fluvium Lugam. Floret Julio. ⊙ Centaurium minus officin. Стародубка меншая, ſiveЗолототысячникъ, Russ. Золототысячникъ аптекарской. Sobol.

188. GENTIANA CAMPESTRIS. Corollis quadrifidis, fauce barbatis; calycis laciniis duabus majoribus. (G.) Flor. dan. t. 367.

Digitized by Google

In patis elevatis apricis Strelinae, alibique frequens eſt. Floret Junio, Julio. ⊙ Стародубка полевая. Russ. Sobol.

189. GENTIANA CRUCIATA. Floribus verticillatis ſeſſilibus, corollis quadrifidis imberbibus. (Radix ſaepiſſime cruciatim fiſſa; folia ovato-lanceolata, nervoſa, vaginantia: flores inodori axillares terminalesque; perianthio pallido profunde inciſo, corolla extus purpureo-caerulea, denticulis bifidis.) (G.) Jacq. fl. auſtr. 4. t. 372.

Habitat in monte Duderovo, et ejus viciniis montoſis ſylvoſisque. Floret Junio, Julio, et Auguſto. ♃ Соколей перелѣтъ. Russ. Стародубка кресповая. Sobol.

DAUCUS. Corollae ſubradiatae, omnes, ut plurimum, hermaphroditae. Involucrum univerſale pinnatifidum, umbella fructifera connato-connivens. Semina ſubrotunda, ſetis rigidis longitudinalibus hiſpida.

190. DAUCUS CAROTA. Seminibus ad angulos quatuor diſtantes hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. (Floſculus centralis atropurpureus; petala exteriora majora.) (G.) Fl. dan. t. 723.

In ſylvis circa urbem Narvam frequens eſt. Floret Junio, Julio. ♂ Морковь. Russ.

CONIUM. Involucella dimidiata, ſubtriphylla. Fructus ovatus, (ſubgloboſus) gibbus: coſtis quatuor compreſſis ante maturitatem undulatis. (Flores floſculoſi fertiles; petala cordata.)



Digitized by Google

191. CONIUM MACULATUM. Seminibus inermibus, (ſtriatis), Caule ramoſiſſimo maculato glabro. (Radix dauci ſapore ingrata; caulis halitu glauco, maculis ſanguineis; folia multiplicato-pinnata, coſta folioſa; pinnulae atrovirentes, duodecim aut octodecim; involucrum univerſale folium unicum, partiale unicum, membranaceo-albidum. Petala alba patentiſſima, linea media protuberante; fructus fuſceſcit. Odor murinus interdum deeſt.) (G.) Jacq. fl. auſtr. 2. t. 156. Cicuta, officin.

In ſylva paludoſa, umbroſa, inſulae apothecariae prope fabricam pyriam, et paſſim in locis ſimilibus. Floret Iunio, Iulio. ♂ Омегъ. Russ. Омегъ пестрый. Sobol.

SELINUM. Involucrum reflexum, partiale polyphyllum, Petala cordata aequalia. Semen parvum, ovali-oblongum, alis membranaceis quinque, lateralibus maximis.

192. SELINUM SYLVESTRE. Radice fuſiformi multiplici, ſtylis erectis, corollis explicatis. (Radix laeſa lacteſcit; caulis baſi et ad nodos ſanguineus, ſuperne ſubramoſus; folia multiplicato-pinnata, pinnulis linearibus confluentibus. Involucrum univerſale octo aut decaphyllum. Petala alba patentiſſima. Semina ovali-oblonga: ſulcis tribus elevatis obtuſis, approximatis, ante maturitatem rubeſcentia.) (Sob. R. B.) Jacq. fl. auſtr. 2. t. 152.

Creſcit circa Petropolim in ſylvis inundatis, paludoſis. Floret Junio, Julio. ♃ Гирча лѣсная. Russ. Sobol.

Digitized by Google

193. SELINUM PALUSTRE. Caule laevi ſublacteſcente, radice ſimplici, foliis quadruplicato-pinnatis linearibus. (Caulis ſolitarius ſulcatus. Folia terminalia elongata. Petala involuta, ſtyli dein divergunt.) (F.) Flor. dan. t. 257.

In paludibus Catharinhofii, aliisque frequens eſt. Floret Junio, Julio. ♃ Гирча болотная. Russ. Sobol.

ATHAMANTA. Involucellum umbellulae aequale. Petala inflexo-emarginata, Fructus ovato-oblongus, ſtriatus. (Floſculi fertiles.)

194. ATHAMANTA LIBANOTIS. Foliis bipinnatis planis, umbella hemiſphaerica, ſeminibus hirſutis. (Caulis profunde ſulcatus; angulis anguſtioribus. Umbella denſiſſima, radiis villoſis, foliis involucelli ſubulatis. Petala pallide Ochroleuca, ſtyli tandem purpurei. (G.) Flor. dan. t. 754.

Habitat in monte Duderovo, et in ſylvis circa urbem Narvam, atque in Oſinova Roſchcza. Floret Junio, Julio. ♃ Порѣзная трава. Russ. Порѣзъ горный. Sobol.

195. ATHAMANTA CERVARIA. Foliis duplicato-pinnatis; foliolis oblongis obtuſis trilobis dentato-ſerratis; ſerraturis mucronatis, ſeminibus nudis. (Radix nigra capillata, ſucco glutinoſo flavicante; caulis flexuoſus ad geniculos purpuraſcens; folia radicalia tripinnata, caulina bipinnata, argute ſerrata, dorſo glauca; vaginae oliofae. Involucrum univerſale foliolis decem.

Umbellae convexiſſimae, albae, rarius purpureae. Tota odorata.) Jacq. fl. auſtr. 1. t. 69.

Habitat in montoſis, circa urbem Jamburgum. (B.) Floret Iulio, Auguſto. ♃ Порѣзъ оленній. Russ. Sobol.

PAUCEDANUM. Involucra breviſſima. Umbella univerſalis longiſſima, petalis luteis. Fructus ellipticus, ſubſtriatus, lenticulari-compreſſus. (Elores floſculosi abortivi.)

196. PEUCEDANUM OFFICINALE. Foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. (G.) Gaertn. de fr. et ſem cent. 2. t. 21. f. 7. Peucedanum officinar.

Habitat ad margines ſylvarum, inter fluvium Ruſſiam et ſiſtam, tum circa Sarſcojeſelo, et ad viam Wiburgenſem ultra montem Poclonnaja. Floret Iunio, Iulio. ♃ Горичникъ, ſive хвостовая трава. Russ. Горичникъ аптекарскій. Sob.

197. PEUCEDANUM SALAUS. Foliolis pinnatifidis: laciniis oppoſitis; involucro univerſali diphyllo, ſtylis deflexis. (Laciniae anguſto-lanceolatae, ſpinula alba mucronatae; involucrum univerſale aut unicum aut nullum; partiale foliis radiis aequantibus; petala flaveſcenti-albida, rubellave. Semina alis quatuor.) (G.) Jacq. fl. auſtr. 1. t. 15.

Creſcit copioſe in pratis et ſylvis humidis circa fabricam pyriam Ochtenſem ad viam Wiburgenſem, Peterhoffianam, et Sarſkoſelienſem atque

Digitized by Google

in plurimis locis ſimilibus. Floret Iunio, Iulio. ♃ Горичникъ луговый. Ruſs. Sobol.

HERACLEUM. Involucrum caducum; partiale polyphyllum. Corolla difformis: petalis inflexo-emarginatis. Semina foliaceo-compreſſa, glabra, margine membranaceo anguſtiſſimo cincta.

198. HERACLEUM SPHONDYLIUM. Foliolis pinnatifidis laevibus, floribus uniformibus, (foliis ampliſſimis pinnatis: extimo palmato; florum radiis majoribus, ſtylis retrorſum flexis.) (G.) Blackw. herb. t. 540.

Habitat in montoſis nemoribus, et ubique in hortis. Floret Iulio. ♂ Борщъ. Ruſs. Борщъ широкій. Sobol.

199. HERACLEUM ANGUSTIFOLIUM. Foliis cruciato-pinnatis: foliolis linearibus, corollis floſculoſis. (Caule plerumque purpuraſcente; foliis ternatis, foliolo extimo quinquefido, laciniis oblongis acuminatis, glabris, dorſo pallidioribus. Umbellae radii quindecim; flores virides, antheris flavis.) (Sob. B.) Jacq. fl. auſtr. 2. t. 173.

Habitat in monte Pulcovo, et Duderovo, et in aliis locis montoſis herboſis. Floret Iulio. ♂ Борщъ узкій. Ruſs. Sobol.

ANGELICA. Corolla aequalis, petalis incurvis, lanceolatis. Styli reflexi. Fructus ſubrotundus, angulatus, alis marginalibus duris dorſo lineis tribus. (Umbella globoſa.)

Digitized by Google

200. ANGFLICA ARCHANGELICA. Foliis ſupradecompoſitis, foliorum impari lobato, lobis lateralibus anguſtioribus. Caulis lineatus glaber. (Radii 66. Petala pallide viridia, ſemina angulata.) (G.) Flor. dan. t. 206. Angelica ſativa officin.

In ſylvis circa fluvium Nevam, et in pratis montoſis circa Murzincam, copioſe provenit. Floret Iulio, Auguſto. ♃ ДягнльникЪ ſive дягиль. Russ. Дягиль аптекарскій. Sobol.

201. ANGELICA SYLVESTRIS. Foliolis aequalibus, ovato-lanceolatis ſerratis ellipticis. (G.) Sabb. h. rom. 4. t. 85.

Habitat ubique in ſylvis et pratis humidis, praecipue ad foſſas et margines ſylvarum. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Дягиль лѣсный. Russ. Sobol.

SISON. Involucra ſubquadriphylla. Fructus ovatus, ſtriatus, ſtylis deflexis. (Umbella inaequalis depauperata.)

202. SISON INUNDATUM. Repens, foliis ſubmerſis capillaribus; emerſis pinnatis, umbellis bifidis. (Involucrum univerſale nullum.) (G.) Flor. dan. t. 89.

Habitat in aquis ſtagnantibus circa ductum aquarum Ladogenſium, et in ripa parvae nevae ſaepe inundata, ex adverſo inſulae baſileenſis, tum Catharinhofii, et in aliis locis ſimilibus. Floret Iulio, Auguſto. ⊙ ПетрушечникЪ наводненный. Russ. Sob.

Digitized by Google

PHELLANDRIUM. Involucella heptaphylla, longitudine umbellae. Floſculi diſci minores. Fructus ovatus, laevis, calyce et piſtillo coronatus.

203. PHELLANDRIUM AQUATICUM. Foliorum ramificationibus divaricatis, (caule dichotomo.) (G.) Blackw. herb t. 570.

In ramis Nevae fluvii minoribus, circa inſulas, lapideam, crucis et apothecariam copioſe provenit. Floret Julio. ♂ Конскій укропъ. Russ. Sobol.

CICUTA. Umbella univerſalis et partialis ſubrotunda, involucellis polyphyllis, ſetaceis. Flores floſculoſi, fertiles, ſubaequales, petalis planiuſculis. Fructus ſubovatus coſtatus.

204. CICUTA VIROSA. Umbellis oppſitifoliis, petiolis marginatis obtuſis. (Involucrum partiale polyphyl um, laciniae pedunculos longitudine adaequant.) (G.) Flor. dan. t. 208. Cicuta aquatica, officin.

In aquis praecipue ſtagnantibus inſulae lapideae, ad ductus aquarum Catharinhoffii, et ad viam regiam Peterhoffianam frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Бѣшеница водяная. Russ. Sobol.

AETHUSA. Involucella dimidiata, triphylla, deflexa. Fructus ſubgloboſus, profunde ſulcatus, (fere octogonus.)

205. AETHUSA CYNAPIUM. Foliis conformibus, fructibus ſubgloboſis, (octogonis. Umbellae radii quinqne vel ſex. Folia bipinnata, pinnulis ſubtus lucidis.) (G.) Gaertn. de fr. et ſem. Cent. 2. t. 22. f. 3.

Digitized by Google

Habitat inter fluvium Ruſſiam et Siſtam in ſylvis et Petropoli in hortis oleraceis. Floret Iulio. ⊙ Собачая петрушка. Russ.

CHAEROPHYLLUM. Involucrum (partiale) reflexum, concavam. Petala inflexo-cordata. Fructus nitens, (ut plurimum) laevis, oblongus, roſtratus, varius. (Floſculi diſci abortivi.)

206. CHAEROPHYLLUM SYLVESTRE. Caule laevi ſtriato: geniculis tumidiuſculis. (Caulis ſulcatus, hirſutus: ramis glabris. Folia multiplicato-pinnata, coſtis fiſtuloſis; foliolis ſerrato-inciſis, atrovirentibus dorſo pallidioribus. Umbellae planiuſculae, radiis ſeptemdecim aut octo minores ut plurimum duae intra dichotomiam prius matureſcunt. Involucrum partiale hexaphyllum. Petala alba, extimo majore, antherae ochroleucae. Radix apii odore, sapore ingrato.) (G.) Iacq. fl. auſtr. 2. t. 149.

Creſcit in ſylvis inſulae lapideae, apothecariae etubique in hortis copioſiſſime. Floret Iunio. ♃ Кервелъ ſive болиголовъ. Russ. Кервель лѣсный. Sobol.

207. CHAEROPYLLUM AROMATICUM. Caule aequali, foliolis ferratis integris, ſeminibus biariſtatis. (Radix apii ſapore. Caulis inferne plerumque flexuoſus, purpura maculatus; folia omnia ſubbiternata, pinnulis oblongo-ovatis, ſerratis, atrovirentibus. Rami extremi umbellis erectis, radiis duodecim aut octodecim. Involucrum partiale hexaphyllum aut decaphyllum. Petala nivea, antheris ſulphureis.) (G.) Iacq. flor. auſtr. 2. t. 150.

Digitized by Google

Habitat inter pagos Voroneſchſcaja et Novaburia ad marginem ſylvae. Floret Iunio, Iulio. ♃ Кервель пряный. Russ. Sobol.

SESELI. Involucellum foliolo uno alterove. Umbellae globoſae. Fructus ovatus, ſtriatus. Stylis deflexis.

208. SESELI ANNUUM. Petiolis rameis membranaceis ventricoſis emarginatis. (Radix acris, nauſeoſa, quodam ſapore Apii Petroſelini. Caulis varius purpureus; petioli valde vaginantes, ſtriati, virentes aut ſanguinei; pinnulae lanceolato-lineares. Umbella convexa. Petala alba, rubellave, antheris flavis.) (G.) Jacq. fl. auſtr. 1. t. 55.

In Flora ingrica Gorteri locus creſcendi non eſt indicatus: Quaerendum eſt in pratis ſiccioribus. Floret Iulio, Auguſto. ⊙ Чистецъ годовый. Russ. Sobol.

PASTINACA. Petala involuta, integra. Semina elliptica, foliacio-compreſſa, glabra: margine tenui anguſto.

209. PASTINACA SATIVA. Foliis ſimpliciter pinnatis foliolis inciſis. (Floribus flavis, ſtylis divaricatiſſimis, ſeminibus viridibus, convexis.) (Involucrum univerſale tetra aut penta-phyllum foliolis inaequalibus obliteratis.) (G.) Blackw. herb. t. 379. Paſtinaca. officinar.

Habitat in ſylvis circa urbem Narvam, et Petropoli circa foſſas viarum atque in hortis oleraceis copioſe, nec non ad pagos circa montem Dedurovium. Floret Iulio, Auguſto. ♂ Пастернакъ. Russ. Пастернакъ садовый. Sobol.

Digitized by Google

CARUM. Involucrum ſaepius monphyllum. Petala carinata, inflexo-emarginata. Fructus ovato-oblongus, ellipticus, gibbus, teretiſtriatus.

210. CARUM CARVI. Folia bipinnata, foliolis primis in coſta verticillatis, ad vaginae baſin ſtipulis multifidis praedita. (Invelucrum tetra aut penta-phyllum. Umbellae rarae, radiis duodecim, pedunculis viginti, germina vertice flavicantia.) (G.) Iacq. auſtr. 4. t. 393. Carvi. officin.

Creſcit in inſulis, Apothecaria, lapidea, Petri, crucis et ubique in pratis cultis, et ad vias, copioſiſſime. Floret Iunio, Iulio. ♂ Тимонъ. Russ. тимонъ душистый. Sob.

PIMPINELLA. Umbellae juniores nutantes. Petala inflexa. Styli recti. Stigmata ſubgloboſa. Fructus exigui, ovato-oblongi: ſtriis quinque eleuatis, ſuperne anguſtiores.

211. PIMPINELLA SAXIFRAGA. Caule ſtriato glabro, foliis radicalibus ſubrotundis argute dentatis, caulinis bipinnatis linearibus. (Caeteris villoſior, foliis rotundioribus, caule plerumque aphyllo ramoſiore, umbellis minoribus, petalis ſemper albis.) (G.) Iacq. fl. auſtr. 4. t. 395. Pimpinella alba, officin.

Habitat in pratis ſiccioribus elevatis, in monte Poclonnaja, in inſula lapidea et Apothecaria, et paſſim copioſe. Floret Iunio, Iulio. ♃ Бедринецъ. Russ. Бедринецъ каменистый. Sobol.

AEGOPODIUM. Umbella convexa, umbellulis planis. Petala cordata. Fructus ovato-oblongus, ſtriatus, utrinque attenuatus.

Digitized by Google

212. AEGOPODIUM PODAGRARIA. (Foliis ovato-lanceolatis denticulatis ſubtus villoſis, inferioribus biternatis, ſummis ternatis; petalis albis. Styli reflexi. (G.) Flor. dan. t. 670. Podagraria officinar.

Creſcit in pratis ſylvoſis, tum ad ſepes, et in hortis oleraceis aliisque copioſiſſime. Floret Iunio, Iulio. ♃ Сниmь ſive дяглица. Suss. Сниmь подагрическая. Sob.

## TRIGYNIA.

VIBURNUM. Calyx quinquepartitus, ſuperus. Corolla quinquefida. Styli nulli. Drupa unilocularis clauſa, monoſperma.

213. VIBURNUM OPULUS. Foliis lobatis, petiolis glanduloſis. (Folia trilobata; flores magni, ſteriles; ſtylus brevis ex tribus connatus.) (G.) Fl. dan. t. 661.

Habitat ubique in ſylvis humidis, praecipuae ad viam Wibnrgenſem et circa fabricam pyriam Ochtenſem, usque ad fluvium Wolchow. Floret Majo, Iunio. ♄ Калина. Russ.

ALSINE. Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia bifida. Capſula unilocularis, trivalvis, (aut ſexvalvis.) Calyce tecta.

214. ALSINE MEDIA. Petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis, (apice glandula rubella terminatis, petiolis ciliatis, ciliis decurrentibus; floribus triandris aut pentandris.) (G.) Curtis flor. Londin. t. 70. Alſine officinar.

Digitized by Google

Creſcit ubique in hortis oleraceis, ad ſepes et vias paſſim. Floret tota aeſtate. ⊙ Мокрица. Ruſs. мокрица средняя. Sob.

## TETRAGYNIA.

PARNASSIA. Calyx quinquepartitus. Petala quinque. Nectaria quinque cordata, ciliata: apicibus globoſis. Stylus nullus, ejus loco foramen. Stigmata quatuor obtuſa. Capsula quadrivalvis unilocularis. Receptaculum parietale. Semina membranacea, marginata.

215. PARNASSIA PALUSTRIS. Nectariis ſimplicibus. (Caulis in medio folium perfoliatum. Petala alba, ovata, lineata. Stamina perſiſtentia.) (G.) Fl. dan. t. 584. Hepatica alba. officin.

Habitat in udis muſcoſis ad viam Wiburgenſem, ad fluuium Strelnaja, et paſſim ad ductus aquarum, et margines ſylvarum. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Золотникова трава. Ruſs. Золотничка болотная. Sobol.

LINUM. Calyx pentaphyllus. Petala quinque. Capſula quinquevalvis, decemlocularis. Semina ſolitaria.

216. LINUM CATHARTICUM. Foliis oppoſitis ovauo-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. (Calyces ariſtati patuli, pedunculis nutantibus. Flores albidi, ante antheſim penduli Stamina quinque ſterilia.) (G.) Flor dan. t. 851. Linum Catharticum. offic.

In aruis et pratis ſucculentis, circa Craſnoje Selo, Sarſcoje Selo, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Ленъ проносный. Ruſs. Sob.

Digitized by Google

DROSERA. Calyx quinquepartitus. Petala quinque. Capſula unilocularis, apice quinquevalvis. Semina plurima, parietalia.

DROSERA ROTUNDIFOLIA. Scapis radicatis, foliis orbiculatis. (G.) Flor. dan. t. 1028. Ros ſolis officinar.

In paludibus ſylvoſis apricis, circa cemeterium Sancti Ioannis, Pargelovii ad ripas lacuum et passim in locis ſimilibus. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Солнечная роса. Russ. Солнечная роса круглая. Sob.

218. DROSERA LONGIFOLIA. Scapis radicatis, foliis obovali-lanceolatis, (in petiolum decurrentibus.) (G.) Flor. dan. t. 1093.

Habitat in paludibus muſcoſis cum praecedente. Floret etiam Iunio, Iulio. ⊙ Солнечная роса долголистая. Russ. Sobol.

## POLYGYNIA.

MYOSURUS. Calyx pentaphyllus, baſi adnatus, Coloratus, deciduus. Petala quinque unguiculata, oblique aperta ſive Nectaria, (quorum vgues poro nectarifero inſuper ſunt inſtructi.) Receptaculum ſubulatum, capſulis imbricatim tectum. Capſula bivalvis. Semina numeroſa, corticata, pendula.

219. MYOSURUS MINIMUS. (Foliis integerrimis linearibus, flavo-viridibus; petala decidua. (G.) Flor. dan. t. 406.

Habitat in agris et arvis, ad fabricam pyriam Ochtenſem, circa pagos Ligovo, et Goreloy ca-

Digitized by Google

bac, atque Petropoli in hortis. Floret Majo, Iunio. ⊙ Мыший хвостъ. Russ. мыший хвостъ малѣйший. Sob.

# CLASSIS VI.

## HEXANDRIA

## MONOGYNIA.

**ALLIUM.** Spatha multiflora, arida. Umbella congeſta. Corolla hexapetala, patens, petala tria ſtaminifera. Capſula ſupera trilocularis.

ALLIUM OLERACEUM. Staminibus ſimplicibus, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis. (Spatha diphylla, umbella depauperata.) (G.) Hall. all. n. 26. f. 2.

Habitat in monte Duderovo et viciniis urbis Gatczinae. Floret Iunio, Iulio. ♃ Чеснокъ огороденный. Russ. Sobol.

221. ALLIUM SCHOENOPRASUM. Scapo nudo adaequante folia teretia ſubulato filiformia, (fiſtuloſa; ſpatha diphylla; petalis conniventibus, bulbo compoſito. Varietas β major. (G.) Murray comm. gott. 1775. p. 33. t. 4.

Creſcit in inſula rotunda, et in littore humido inſulae lapideae a parte occidentali et meridionali, cum ſua varietate, tum circa montem Duderovium. Floret Iunio, Iulio. ♃ Лучокъ мелкій. Russ. Sobol.

Digitized by Google

ORNITHOGALUM. Corolla infera hexapetala erecta, perſiſtens, ſupra medium patens. Filamenta alterna baſi dilatata. Capſula ſupera, trilocularis, trivalvis.

222. ORNITHOGALUM LUTEUM. Scapo anguloſo diphyllo, pedunculis vmbellatis ſimplicibus, (inaequalibus, floribus flavis. Radix bulboſa, ſtipulis maximis hirſutis. Folia radicalia graminea: caulina ſpathaeformia. Stamina quatuor ſive octo.) (Sob.) Flor. dan. t. 378.

Habitat parce in hortis, et in ſylvis inſulae apothecariae atque inſulae lapideae. Floret Majo. ♃ Птичье млеко желтое. Russ. Sobol.

223. ORNITHOGALUM MINIMUM. Scapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ramoſis. Fl. dan. t. 612.

Habitat circa fluvium Strelnaja ad margines ſylvarum. (G.) Floret Majo. ♃ Птичье млеко малѣйшее. Russ. Sobol.

CONVALLARIA. Corolla infera ſexfida. Bacca immatura maculata, ſupera, trilocularis. Semina duo ſolitaria

224. CONVALLARIA MAJALIS. Scapo nudo, ſemitereti, floribus ſpicatis nutantibus. (Subacaulis, bifolia, foliis ellipticis; flores globoſo-campaniformes ſecundi.) (G.) Flor. dan. t. 854. Lilium Convallium. officin.

Greſcit vbique in ſylvis umbroſis ut et in inſulis Nevae fluvii. Floret Majo, Iunio. ♃ Ландышъ майскій. Russ. Sobol.

Digitized by Google

225. CONVALLARIA POLYGONATUM. Foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. (Caule octangulo.) (G.) Flor. dan. t. 377. Sigillum Salomonis. officin.

Habitat ubique in ſylvis. Floret Iunio. ♃ Купено, ſive Саломонова печать. Russ. Ландышъ многоколѣнчатый. Sobol.

226. CONVALLARIA MULTIFLORA. Foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. (bi ſive trifloris.) Stamina hirta. Flores ut plurimum terni, ſummi gemini.) (R.) Flor dan. t. 152.

Creſcit Pargelovii in ſylvis montoſis a ſiniſtra parte viae Wiburgenſis, et circa Sarſcoje ſelo. Floret Majo, Iunio. ♃ Ландышъ многоцвѣтный. Russ. Sobol.

227. CONVALLARIA BIFOLIA. Foliis cordatis, floribus tetrandris. (Flores quadrifidi.) (G.) Flor. dan. t. 291. Bifolium officin.

Ubivis in ſylvis umbroſis ſiccis, ut et in inſula apothecaria, vulgaris planta eſt. Floret Iunio. ♃ Ландышъ двулистый. Russ. Sob.

IUNCUS. Gluma floralis, bivalvis. Calyx hexaphyllus, perſiſtens. Corolla nulla. Capſula ſupera, trilocularis, trivalvis, polyſperma, vel unilocularis triſperma.

* Culmis nudis.

228. IUNCUS CONGLOMERATUS. Culmo ſtricto, capitulo laterali; floribus triandris ovatis

Digitized by Google

obtuſis. (Capitulum denſum, globoſum, ſeſſile; Capſulae acutae trigonae.) (Sob. R.) Fl. dan. t. 1094.

Creſcit ubique in uliginoſis, praecipue in foſſis ad viam Wiburgenſem, et in inſulis Nevae fluvii. Floret Iunio, Iulio. ♃ Ситникъ клубчатый. Russ. Sobol.

229. IUNCUS EFFUSUS. Culmo ſtricto, panicula laterali laxa, floribus triandris ovatis obtuſis. (Panicula ſparſa, ſquamae duae rubellae, ſubariſtatae, antheris luteis. Capſula obovata.) (G.) Fl. dan. t. 1095.

Creſcit paſſim in paludibus. Floret Iunio. ♃ Ситникъ розсыпный. Russ. Sobol.

230. IUNCUS FILIFORMIS. Culmo incurvo filiformi, panicula laterali pauciflora ſimplici (G.) Schmidt Spicil. t. 3.

In paludibus quae aeſtate exſiccantur, non raro occurrit, uti circa cemeterium Sti. Iohannis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Ситникъ нитчатый. Russ. Sobol.

231. IUNCUS SQUARROSUS. Culmo rigido, foliis ſetaceis, panicula terminali aphylla. (Totus rigens foliis patentibus ſquarroſis diſtichis, culmo nudo ſubcorymboſo.) (Sob. R.) Flor. dan. t. 430.

In paludibus circa Murinam et in aliis locis ſimilibus frequens eſt. Floret Iunio. ♃ Ситникъ чешуйчатый. Russ Sobol.

** Culmis folioſis.

232. IUNCUS ARTICULATUS. Foliis nodoſo-articulatis, petalis obtuſis. (G.) Flor. dan. t. 1095.

Ad ripas fluvii Tſchornaja in regione Wiburgenſi, et paſſim in paludibus aeſtate exſiccatis. Floret Iunio. ♃ Ситникъ суставчатый. Russ. Sobol.

233. IUNCUS BULBOSUS. Culmo indiviſo ſubcompreſſo, foliis linearibus canaliculatis, panicula terminali bractea ſua breviori, calycibus capſulisque obtuſis. (G.) Flor. dan. t. 431.

Creſcit in paludoſis cum precedente paſſim. Floret Iunio. ♃ Ситникъ луковчатый. Russ. Sobol.

234. IUNCUS BUFONIUS. Culmo dichotomo, floribus ſolitariis ſeſſilibus, calycis foliolis lanceolatis mucronatis, capſula ovata longioribus. (Culmus ſetaceus.) (G.) Fl. dan. t. 1096.

Naſcitur ceſpitoſe in ripis Nevae fluvii, quae aquis alluuntur, et in aquis ipſis, ſubulariaeque inſeparabilis comes, uti ad ripam parvae Nevae in regione Wiburgenſi. Floret Majo, Iunio. ☉ Ситникъ жабный. Russ. Sobol.

235. IUNCUS PILOSUS. Foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. (Pedunculi uniflori terminales; flores quaterni in culmo) (G.) Flor. ean. t. 441.

Habitat in ſylvis humidis circa fabricam pyriam Ochtenſem et Murinam ſatis frequens Eloret Iunio, Iulio. ♃ Ситникъ волосатый. Russ. Sobol.

236. IUNCUS CAMPESTRIS. Foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque. ſexflo-

Digitized by Google

ris aut duodecim floris) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 140.

Habitat in campis apricis paſſim. Floret Majo, Iunio. ♃ Ситникъ полевый. Russ. Sobol.

PEPLIS. Calyx campanulatus, ore 12-fido. Petala nulla aut ſex, calyci inſerta. Capſula bilocularis, ſupera, polyſperma.

237. PEPLIS PORTULA. Floribus ſaepius apetalis. (Caulibus repentibus. ſubquadrangularibus, foliis obovatis, conjugatis; floribus axillaribus oppoſitis. Folia ſuprema tandem in roſulas accumulata. Petala fugaciſſima, dilute roſea.) (Sob. R. B.) Flor. dan. t. 64.

Habitat in foſſis circa Noſocomium maritimum, et in ſylvis paludoſis. Eloret Majo, Iunio. ⊙ Спорышъ водяный. Russ. Sobol.

## TRIGYNIA.

RUMEX. Calyx triphyllus. Petala tria conniventia. Semen unicum triquetrum in corolla connivente.

238. RUMEX CRISPUS. Floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. (Folia cordato-oblonga.) (G.) Curtis Fl. Lon. t. 104.

Habitat in agris circa Slavjanka, et Petropoli in pratis humidis et hortis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Щевель кудрявый. Russ. Sobol.

239. RUMEX ACUTUS. Floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato oblongis acuminatis. (Valvularum dentes utrinque

plures, inaequales longitudine diametri ipſius valvulae.) (G.) Blackw. herb. t. 491. Lapathum acutum officin.

Habitat in pratis humidis et locis ſucculentis in regione Wiburgenſi, et in hortis paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Щевель конскій. Russ. ſive щевель остролистый. Sobol.

240. RUMEX OBTUSIFOLIUS. Floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis, obtuſiuſculis crenulatis. (Sob.) Curtis flor. Lond. t. 168.

Habitat in pratis humidis fabricae pyriae Ochtenſis, tum ad foſſas viarum et fere ubique in hortis oleraceis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Конскій щевель. Russ. Щевель туполистый. Sobol.

241. RUMEX AQUATICUS. Floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. Semina pappis ferrugineis coronata.) (G.) Blackw. herb. t. 490. Lapathum aquaticum officin.

Creſcit copioſe ad ductus aquarum et paludes, atque in ſylvis humidis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Шевель водяный. Russ. Sobol.

242. RUMEX ACETOSA. Floribus dioicis, foliis oblongis, ſagittatis, (caulinis ſeſſilibus, ſegmentis oblique truncatis, pedunculis articulato-coarctatis.) (G.) Knorr. del. hort. 2. t. A. 13. Acetoſa officinar.

In inſula apothecaria et ubique in pratis vulgaris planta eſt. Floret Majo, Iunio. ♃ Щевель Russ. Щевель кислый. Sobol.

Digitized by Google

243. RUMEX ACETOSELLA. Floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis, ( petiolatis.) (G.) Knorr. del. hort. 2. t. A. 14.

Habitat in pratis cultis ſiccioribus. Floret Iunio. ♃ Щевель мѣлкiй. Russ. Sobol.

SCHEUCHZERIA. Calyx ſexpartitus. Corolla nulla Styli nulli. Capſulae tres vel ſex inflatae, compreſſae, monoſpermae.

244. SCHEUCHZERIA PALUSTRIS. (G.) Flor. dan. t. 76.

Creſcit in paludibus muſcoſis circa montem Duderovium, in Oſinova Roſchcza, et in aliis locis ſimilibus. Floret Majo. ♃ Ситница болотная. Russ. Sobol.

TRIGLOCHIN. Calyx triphyllus. Petala tria calyciformia, ſtamina recondentia. Stigmata plumoſa tria vel ſex, petala mentientia. Capſula baſi dehiſcens.

245. TRIGLOCHIN PALVSTRE. Capſulis trilocularibus ſublinearibus, (ſpica dimidiata. Radix fibroſa.) (Flor. dan. t. 411.

Habitat in ripis arenoſis Nevae fluvii, circa fortalitium Sti. Petri et Pauli, et ubique in paludoſis circa fluvios. Floret Junio. ♂ Трившстрица болотная. Russ. Sobol.

## POLYGYNIA.

ALISMA. Calyx triphyllus. Petala tria, unguibus ſtaminiferis. Capſulae plures, coriaceae, compreſſae, receptaculo communi affixae. Semina plura, conduplicata.

Digitized by Google

246. ALISMA PLANTAGO. Foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. (Panicula magna laxa, racemis verticillatis, petalis albis. (G.) Flor. dan. t. 561. Plantago aquatica. officin.

In paludibus et foſſis vulgatiſſima planta eſt. Floret Junio. Julio. ♃ Попутникъ вѣдяный. Russ. ſive. Частуха водяная. Sobol.

# CLASSIS VII.

## HEPTANDRIA

## MONOGYNIA.

TRIENTALIS. Calix heptaphyllus. Corolla ſeptempartita, plana, aequalis. Bacca ſive theca exſucca, ſupera, globoſa, univalvis, unilocularis. Semina depreſſa, angulata. (Numerus variat.)

247. TRIENTALIS EUROPAEA. Foliis ovalibus integerrimis. (Flos Alſines. Tota plantula et magis in foliorum marginibus glandulis, uti in Meſembryanthemis, obtecta.) (G.) Fl. dan. t. 86. *a.* Varietas, eadem biflora.

Habitat in ſylvis montoſis, et umbroſis, ubique, tum in inſulis Apothecaria, lapidea et Baſileenſi copioſiſſime. Floret Majo, Junio. ♃ Троечница Европейская. Russ. Sobol.

Digitized by Google

# CLASSIS VIII.

# OCTANDRIA

# MONOGYNIA.

**EPILOBIUM.** Calyx tetraphyllus, deciduus. Petala quatuor. Capſula infera, longiſſima, quadrilocularis, quadrivalvis , cylindracea. Receptaculum liberum coloratum. Semina plura apice pappo coronata.

* Staminibus declinatis.

248. EPILOBIUM ANGUSTIFOLIUM. Foliis ſparſis lineari-lanceolatis, floribus inaequalibus. (Foliis glabris, venoſis, petalis ellipticis integerrimis, piſtillo, declinato.) (G.) Flor. den t. 289.

Habitat in ſylvis montoſis; uti Pargelovii, et Sarſcoſelii, tum que in inſula petri, et in multis hortis, oleraceis copioſe. Floret Junio, Julio. ♃ Кипрей. Russ. Кипрей усколистый. Sobol.

** Staminibus erectis, corollis regularibus, petalis bifidis.

249. EPILOBIUM HIRSUTUM. Foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, ſerratis, hirſutis, ſemiamplexicaulibus, caule ramoſiſſimo villoſo. (Floribus ſaepe difformibus, petalis emarginatis; calyces mucronati, capſulae longiſſimae, piſtillis declinatis. (G.) Flor. dan. t. 327.

Digitized by Google

Ad vias et ductus aquarum: prope montem Pulkova, et Sarſcoje ſelo vulgaris planta eſt. Floret Iulio. ♃ Кипрей мохнатый. Russ. Sobol.

250. EPILOBIUM PARVIFLORUM. Foliis lanceolatis ſubpetiolatis pubeſcentibus, caule villoſo ſimpliciſſimo. (Sob. R.) Flor dan. t. 347.

Creſcit in monte Pulcovo et Oſinova Roſchcza, gaudet locis elevatis ſiccioribus. Floret Majo, Iunio. ♃ Кипрей мѣлкоцвѣтный. Russ. Sob.

251. EPILOBIUM MONTANUM. Foliis oppoſitis, ovatis, dentatis. (Petala bifida. Caulis ſimplex, racemi folioſi.) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 195.

Habitat in montoſis, umbroſis, uti in monte Pulcova, et ad ripas arenoſas Nevae fluvii. Floret Iunio, Iulio. ♃ Кипрей горный. Russ. Sobol.

252. EPILOBIUM PALUSTRE. Foliis oppoſitis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. (Foliis linearibus, racemis laxis.) (G.) Tabernaemont. Kraeuterb. p. 856. Fl. dan. t. 347?

Habitat in paludibus et locis humidis paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Кипрей болотный. Russ. Sobol.

VACCINIUM. Calyx quadridentatus ſuperus. Corolla monopetala, quadrifida. Filamenta baſi germinis inſerta. Antherae bicornes, medio ariſtatae. Bacca quadrilocularis, aut quinquelocularis, polyſperma, infera umbilicata.

* Foliis annotinis ſ. deciduis.

253. VACCINIUM MYRTILLUS. Pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis, caule angulato. (Calyx ſaepe integerrimus, corolla quinqueſida, ſtamina 5-10, ſtigma concavum, margine denticulatum, fructus niger, ut plurimum quinquelocularis.) (G.) Schkuhr, bot. Handb. p. 330. t. 107. Myrtillus officin.

Habitat in ſylvis humidis, circa pagum Ochtam et paſſim. Floret Majo. ♄ Черница vel черника. Russ.

254. VACCINIUM ULIGINOSUM. Pedunculis unifloris, foliis integerrimis obovatis obtuſis laevibus. (Frutex procumbens diffuſus, ramis fuſcis, radicantibus, foliis ſubtus reticulato-venoſis, pedunculis rubellis, ſolitariis, flore carneo, fructu caeruleo. Tenella folia baſi ciliata.) (G.) Fl. den. t. 231.

Habitat ubique in ſylvis humidis umbroſis, uti circa Ochtam et ad Cimeterium Sti. Iohannis. Floret Majo. ♄ Голубица, Голубика, пьяница et Гонобобель. Russ.

** Foliis ſempervirentibus.

255. VACCINIUM VITIS IDAEA. Racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis ſubtus punctatis, (baccis rubris.) (G.) Fl. dan. t. 40. Vitis idaea officinarum.

Habitat in montoſis apricis et ſylvis ubique. Floret Iunio. ♄ Брусница ſ. Брусника. Russ.

256. VACCINIUM OXYCOCCUS. Foliis ovatis integerrimis revolutis, caulibus filiformibus, repentibus nudis. (Corolla demum reflexa, ut in

Digitized by Google

cyclamine, rubella, pedunculo terminali longo filiformi.) (G.) Flor. dan. t. 80. (Schollera oxycoccos. Roth. Germ. Ob corollam quadripetalam revolutam, filamenta conniventia et Antheras tubuloſas, bipartitas.) Oxycoccus, officinar.

Creſcit ubique in paludibus inter Sphagnum. Floret Majo. ♃ Клюква, ſive Журавлина. Ruſs.

ERICA. Calyx tetraphyllus, inferus, foliolis coloratis perſiſtentibus. Corolla quadrifida. Filamenta receptaculo inſerta. Antherae apice bifidae, pertuſae. capſula quadrilocularis, quadrivalvis, polyſperma, diſſepimentis cum ſuturis coeuntibus.

257. ERICA VULGARIS. Antheris inferne ſetis duabus acutis dentato-ſerratis, foliis oppoſitis ſagittatis, (quadrifariam imbricatis, calycibus duplicibus, corollis ſubaequalibus campanulatis ſpicatis, antheris ferrugineis.) (G.) Flor. dan. t. 677. Erica officin.

In montoſis et ſylvis ſterilibus, ſiccioribus turfaceis vulgaris planta eſt. Floret Majo, Iunio. ♄ /3 variet. flore albo. Cum priori occurrit ſed parce, uti circa Sarſcoje ſelo, et Pargelovium, Верескъ. ſive Вересъ. Ruſs. Вересъ обыкновенный. Sobol.

DAPHNE. Calyx (plurimis) nullus. Corolla monopetala, regularis, quadrifida, infundibuliformis. Stamina alterna inferiora. Drupa baccata, ſupera, unilocularis. (Stylus nullus.)

258. DAPHNE MEZEREUM. Floribus ſeſſilibus ternis caulinis. baccis globoſis, foliis lanceolatis

deciduis. (Gemmis enneaphyllis, floribus purpuraſcentibus, ſtigmate rotundato albido, bacca rubra.) (G.) Flor. dan. t. 268. Mezereum, officinar.

Habitat in inſula crucis, et paſſim in ſylvis montoſis. Floret Aprili, Majo. ♄ Ягóдки, ſive Волчій перецЪ. Russ.

## TRIGYNIA.

POLYGONYM. Calyx nullus. Corolla quinquepartita, calycina, ſegmentis tot, quod ſtamina. Semen unicum anglatum, nudum ut plurimum.

259. POLYGONUM BISTORTA. Caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. (Floribus ſaepius digynis, in ſpica denſa ovato-cylindrica.) (G.) Flor. dan. t. 421. Biſtorta, officin.

Ad ductum aquarum Ladogenſium inter Naſiam et Lavam fluvium in maxima copia. Floret Iulio. ♃ ГорецЪ ſive пестикЪ. Russ. ГорецЪ аптекарскій. Sobol.

260. POLYGONYM VIVIPARYM. Caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis lanceolatis. (ſuperioribus lanceolatis, ſpica laxa. Flores digyni aut trigyni, albi, ſpica trigona, ſemina rotunda.) (Spicae flores inferiores in bulbos tranſeunt ſaepe viviparos.) (G.) Fl. dan. t. 13.

Habitat in pratis humentibas circa Sarſcoje ſelo, Craſuoje ſelo, et in inſulis Lapidea, et Camennoj nos ſatis in magna copia. Floret Majo, Iunio. ♃ ГорецЪ живородный. Russ. Sobol.

Digitized by Google

261. POLYGONUM AMPHIBIUM. Floribus pentandris ſemidigynis, ſpica ovata. (Caule repente geniculato. In aquis foliis lanceolatis, petiolatis glabris, in arvis foliis acutioribus ſcabris variat: floribus utriſque purpureis, ſtaminibus corolla longioribus.) (G.) Fl. dan. t. 282.

Habitat in paludibus et ſtagnis uti in inſulis, apothecaria, lapidea, et in aliis ſimilibus. Floret Junio, Julio. ♃ Горецъ водоземный. Russ. Sobol.

262. POLYGONM HYDROPIPER. Floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis, (ciliatis, floribus ſpicatis, ſpicis laxis nutantibus, caule erecto. Spicae elongatae cernuae. Folia ſubundulata.) (G.) Blackw. herb. t. 119.

Habitat in uliginoſis pratenſibus, et ad foſſas viarum frequens. ⊙ Горецъ водоперечный, Russ. Sobol.

263. POLYGONUM PERSICARIA. Floribus hexandris digynis, ſpicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. (Cauce dichotomo, ſpicae denſae interruptae ſaepius. Variat caule nodoſo, foliis maculatis et puris, ſubtus incanis.) (G.) Flor. dan. t. 702. Perſicaria, officin.

Habitat paſſim in locis cultis, ruderatis et ubique in foſſis humidis. Floret Junio, Julio. ⊙ Почечуйникъ. Russ. Горецъ почечуйный. Sobol.

264. POLYGONUM AVICULARE. Floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente, (ramoſiſſimo interdum erecto, vaginis laceris coloratis glaucescentibus, ca-

Digitized by Google

lycibus inermibus, albo-rubellis.) (G.) Flor. dan. t. 803. Centinodium officinarum.

Creſcit ubique ad vias et ſepes, in cultis, ruderatis. Floret Junio, Julio. ⨀ Спорышъ. Russ. Горецъ птичій. Sobol.

265. POLYGONUM CONVOLVULUS. Foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus planiusculis obtuſatis. (Flores digyni aut trigyni, albi, antheris rubris. Calyx fructus ſubfarinaceus, ſemina obtuſe trigona.) Flor. dan. t. 344.

In agris et hortis frequens eſt. Floret Junio, Julio. ⨀ Горецъ обвиличный. Russ. Sobol.

## TETRAGYNIA.

PARIS. Calyx tetraphyllus. Petala quatuor anguſtiora. Antherae medio filamentorum utrinque adnatae. Bacca quadrilocularis globoſa.

266. PARIS QVADRIFOLIA. (Caulis ſimplex, foliis ſeſſilibus ellipticis verticillatis quatuor aut quinque, bacca nigra, fuſco-violacea. Flor. dan. t. 139. Paris officinar.

Habitat in inſulis, apothecaria, lapidea, et ſylvis umbroſis paſſim. (G.) Floret Majo, Junio. ♃ Вороній глазъ. Russ.

ADOXA. Calyx bipartitus aut quinquepartitus, inferus. Corolla quadrifida ſive quinquefida. Bacca quadrilocularis aut quinquelocularis, cum calyce coalita. (Corolla lateralis decandra ſaepius.)

267. ADOXA MOSCHATELLINA. (Flore terminali octandro trifido, lateralibus decandris quin-

Digitized by Google

queſidis. Odorem gratum ſpirant. Fola terna: duo oppoſita, uno latere ſemel inciſa; ſolitarium trilobatum vel quadrilobatum. Flores pallide virides.) (L.) Fl. dan. t. 94.

Habitat in ſylvis ſubhumidis apricis, uti in inſula Camennoy Nos vocata, et in viciniis Sarscoſelii. Floret Majo. ♃ Мускатница. Russ. Sobol.

ELATINE. Calix triphyllus aut tetraphyllus. Petala tria aut quatuor. Capſula tri-vel quadrilocularis, tri-aut quadrivalvis, depreſſa.

268. ELATINE HYDROPIPER. Foliis oppoſitis, floribus alternis. (Caulis ramoſus geniculatus repens.) (G.) Flor. dan. t. 156.

Creſcit in ripis Nevae fluvii et in foſſis ex ſiccatis. Велвотъ. Russ. Велвотъ водоперечный. Sobol.

# CLASSIS IX.

## ENNEANDRIA

## HEXAGYNIA.

BUTOMUS. Involucrum ſimplex, triphyllum. Petala ſex. Capſulae ſex polyſpermae, introrſum dehiſcentes. Semina parietalia.

269. BUTOMUS UMBELLATUS. (Pedunculi viginti et ultra ex ſummo culmo; petala ovata ex albo rubroque varia.) (G.) Flor. dan. t. 604.

Habitat in paludibus aquoſis, circa fluvium Wolchow, et ductum aquarum Ladogenſium, in ſtag-

Digitized by Google

nis Strelinae, Lacubus Ligovi, in foſſis aquaticis circa viam Peterhovianam ad Uljancam, Catharinhoffii, et Petropoli in littore parvae Nevae fluvii e regione Wiburgenſi: Floret Julio. ♃ Сусакъ. Russ. Сусакъ пучкоцвѣтный. Sob.

# CLASSIS X.

# DECANDRIA

# MONOGYNIA.

MONOTROPA. Calyx nullus, niſi petala quinque exteriora. Petala decem, horum quinque exteriora baſi excavata mellifera, gibba. Capſula quinquevalvis polyſperma. (Quinta pars numeri in lateralibus excluditur.)

270. MONOTROPA HYPOPITHYS. Floribus lateralibus octandris, terminali decandro. (Scapus ſquamis carneis, floribus decem magnis ſpicatis, nutantibus, flavis geniſtoideis. Staminibus ſex aut decem villoſis.) (L.) Flor. dan. t. 232.

Habitat in ſylvis umbroſis, annoſis humidiuſculis arenoſis, uti non procul a Catharinhoff; in monte Duderovo, et Oſinova Roſchcza, ad radices pini abietis et ſylveſtris atque ligna putrida. Floret Iulio. Paraſitica. ♃ Уединенница подсосонная. Russ. Sobol.

LEDUM. Calyx quinquefidus. Petala quinque, patentia, plana. Capſula quinquelocularis, quinquefariam dehiſcens.

Digitized by Google

271. LEDUM PALUSTRE. Foliis linearibus, ſtaminibus decem corolla longioribus. (Foliis ſparſis, margine revolutis, ſubtus hirſutis, rubiginoſis, roſmarinoideis; floribus terminalibus corymboſis, albo-luteolis.) (G.) Fl. dan. t. 1031. Roſmarinus ſylveſtris, officinar.

In paludoſis, turfoſis, circa monaſterium Alexandro-Newſky, in monte Poclonnaja et paſſim in quantitate occurrit. Floret Aprili, Majo. ♄ Багонъ болотный. Russ. Sobol.

ANDROMEDA. Calyx quinquepartitus, coloratus, minimus. Corolla campanulata quinquefida, magis minusve ovata. Capſula quinquelocularis, diſſepimentis valvis contrariis. Semina pauca. (Antherae nutantes, bicornes, muticae vel ariſtatae.)

272. ANDROMEDA POLIFOLIA. Umbellis terminalibus paucifloris, corollis ovatis nutantibus, foliis alternis lineari-lanceolatis revolutis. (Fruticulus caule purpureo repente, foliis ſubtus incanis; floribus umbellatis terminalibus, pedunculis nutantibus, albo-incarnatis corollis rubellis.) (G.) Flor. dan. t. 54.

In ſylvis humidis circa cemeterium Sti. Iohannis, et in inſulis Nevae fluvii frequens eſt. Floret Majo, Iunio. ♄ Безплодница гладколистая. Russ. Sobol.

273. ANDROMEDA CALYCULATA. Racemis ſecundis foliaceis, corollis ſubcylindricis, foliis alternis lanceolatis obtuſis punctatis. (Antherae muticae bifidae.) (G.) Buxb. comment. Petropol. 1. t. 8. f. 1.

Digitized by Google

Habitat in ſylvis umbroſis humidis circa Murinam, et cum priori. Floret Majo, Iunio, et Auguſto. ♄ Безплодница точколистая. Russ. Sobol.

ARBUTUS. Calyx quinquepartitus. Corolla ovata, ore quinquefido baſi pellucida. Filamenta ſubulato-ventricoſa. Bacca quinquelocularis, ſupera, polyſperma.

274. ARBUTUS UVA URSI. Caulibus procumbentibus, foliis oblongo-ovatis integerrimis ſubtus reticulatis. (Floribus paucis decem aut undecem, bacca rubra. Folia glabra, ſubtus ſuperficialiter punctato-reticulata.) (G.) Flor. dan. t. 33. Uva urſi officinarum.

Habitat in pratis montoſis, in monte Poclonnaja, Pargelovii in Pinetis, in ſuperiori regione Nevae fluvii et ad Lugam locis flexilibus. Floret. Majo. ♄ Медвджьи ягоды. ſive Толокнянка. Russ.

PYROLA. Calyx quinquepartitus. Petala quinque. Antherae nutantes, ſurſum bicornes. Capſula quinquelocularis, angulis dehiſcens, diſſepimentis contrariis. Semina arillata plurima.

275. PYROLA ROTUNDIFOLIA. Staminibus adſcendentibus, piſtillo declinato, oblique truncato (Tubo incurvo.) (G.) Flor. dan. t. 110 pyrola officin.

Ubique in nemoribus umbroſis frequens. Floret Junio, Julio. ♃ Грушювка. Russ. Грушовка круглолистая. Sobol.

276. PYROLA MINOR. Floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillis que rectis. (Foliis ſubro-

tundis obſolete crenulatis, dentibus calycis maculatis, petalis dorſo rubellis. Piſtillum rectum craſſum ſtaminibus dimidio longius, ſtigma virescens pentagonum.) (G.) Flor. dan. t. 55.

Habitat in ſylvis cum priori, ſed parcius. Floret Junio, Julio. ♃ Грушовка меньшая. Russ. Sobol.

277. PYROLA SECUNDA. Racemo unilaterali, (foliis ellipticis acuminatis, dentibus calycinis puris. Corolla ut plurimum clauſa. Piſtillum exſertum. Filamenta geniculata.) (G.) Flor. dan. t. 402.

Habitat in inſula apothecaria et paſſim in ſylvis. Floret Junio, Julio. ♃ Грушовка односторонная. Russ. Sobol.

278. PYROLA UMBELLATA. pedunculis ſubumbellatis. (G.)

Circa oſtium Nevae fluvii in pineto, aridis locis frequens. Floret Julio, Auguſto. ♃ Грушовка Пучкоцвѣтная. Russ. Sobol.

279. PYROLA UNIFLORA. Scapo unifloro. (Foliis ſubrotundis, calyce albo. Bractea majuſcula. Antherae baſi cornutae, cornibus incurvis. Stigma quadrifidum.) (G.) Flor. dan. t. 8.

Habitat in inſula Baſileenſi, circa fluvium tſchornaja, alibi nuſquam obvia. Floret Julio, Auguſto. ♃ Грушовка одноцвѣтная. Suss. Sobol.

## DIGYNIA.

CHRYSOSPLENIUM. Calyx ſuperus, coloratus, quadri ſive quinquefidus. Corolla nulla. Capſula bi-

Digitized by Google

roſtris, unilocularis, polyſperma, infera, ſemibivalvis. (Stamina interdum octo in floribus lateralibus.)

280. CHRYSOSPLENIUM ALTERNIFOLIUM. Foliis alternis. (Petiolis decurrentibus, floribus corymboſis, flavis. Calyx interdum quadrifidus; tum ſtamina octo. Capſulae maturae a ſe invicem dimovent, his facile ruptis, ſemina copioſa, ſpadicea, acarorum adinſtar conſpiciuntur.) (G.) Fl. dan. t. 366.

Habitat in ſylvis humidis umbroſis ubique. Floret Majo. ♃ Золотолистникъ круглолистый. Russ. Sobol.

SAXIFRAGA. Calyx quinquepartitus. Corolla quinquepetala. Capſula infera, biroſtris, bilocularis, polyſperma, inter ſtylos foramine dehiſcens. (Stamina perſiſtentia alterna longiora.)

281. SAXIFRAGA HIRCULUS. Foliis caulinis lenceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. (Caulis ſimplex, ſaepe biflorus. Calix reflexus. Flores nutantes. Petala flava, nervoſa. ab ungue ad dimidium punctis croceis maculata.) (L.) Flor. dan. t. 200.

Habitat in pratis humidis ſylvoſis ad Craſnoy cabac, item in paludoſis circa Catharinhoffium, et prope Ligova. Floret Junio, Julio. ♃. Каменосѣкъ козлій. Russ. Sobol.

SCLERANTHUS. Calyx monophyllus, inferus, ſemiquinquefidus. Corolla nulla. Semen unicum calyce incluſum, collo coarctato.

Digitized by Google

282. SCLERANTHUS ANNUUS. Calycibus fructus patulis inermibus. (Staminibus plerumque quinque breviſſimis; calyces acuti. Stigmata capitata flava. Foliis linearibus.) (G.) Flor. dan. t. 504.

Habitat in arvis circa montem Pulcovum, et in inſula apothecaria aliisque locis ſiccis ad vias paſſim. Floret Junio. ☉ Дивала годовая. Russ. Sobol.

283. SCLERANTHUS PERENNIS. Calycibus fructus clauſis, (obtuſis. Flore majore. Stigmata ſimplicia alba.) (Sob. R.) Flor. dan. t. 563.

Creſcit copioſe ad vias Pargelovii, et ad montem Pulcovum. Floret Junio, Julio. ♃ Дивала многолѣтняя. Russ. Sobol.

GYPSOPHILA. Calyx monophyllus, campanulatus, angulatus. Petala quinque ovata ſeſſilia. Capſula globoſa, unilocularis, quadri-aut quinquevalvis.

284. GYPSOPHILA MURALIS. Foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule multiplicato-dichotomo ramoſiſſimo, petalis crenulatis. (Calycibus plerumque aphyllis; petalisque primo albis dein incarnato rubellis lineis ſaturatioribus.) (G.) Mentz. pag. t. 7. f. 4.

Creſcit in pratis ſiccis et inter ſegetes prope Ligovo et Goreloy cabac. Floret Junio, Julio. ☉ Алабастренникъ стѣнный. Russ. Sobol.

DIANTHUS. Calyx monophyllus, tubuloſus, cylindricus, baſi ſquamis duabus aut octo. Petala quin-

que unguiculata. Capſula cylindrica, unilocularis, apice quadrifariam dehiſcens.

285. DIANTHUS DELTOIDES. Squamis calycinis binis, corollis crenatis. (Petala dentata rubra, baſi linea concentrica maculisque albis piliferis inſtructa.) (G.) Flor dan. t. 577.

Creſcit in inſulis, apothecaria, lapidea, et ubique in pratis exſuccis. Floret Junio, Julio. ♃ Гвоздичка ſive Травьянка Russ. Гвоздичка полевая. Sobol.

286. DIANTHUS PLUMARIUS. Squamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis multifidis, fauce pubeſcentibus. (Calycibus longiſſimis. Odoratus.) (G.)

Creſcit circa oſtium Nevae fluvii una cum Pyrola umbellata et in littore arenoſo maris inter Peterhoffium et Oranienbaumium. Floret Junio, Julio. ♃ Гвоздичка перистая. Russ. Sobol.

## TRIGYNIA.

CUCUBALUS. Calyx inflatus. Petala quinque (rarius plura) bifida (ut plurimum) abſque corona ad faucem. Capſula trilocularis.

287. CUCUBALUS BACCIFERUS. Calycibus campanulatis, petalis diſtantibus, pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. (Caulis flaccidus. Calyx quinquepartitus. Petala ad faucem nunc nuda, nunc ut in ſilenis coronata. Bacca ex ſucca unilocularis, nigra.) (G.) Gmelin. act. Petropol. 1759. t. 17. f. 1.

Habitat in ſalicetis ſupra oſtium Rosſonae et Lugam fluvium cum Narova jugentis, inde inferio-

ra verſus ad oſtium uſque Lugae fluvii frequens. Caeterum neque in Sibiria, neque hic in Ingria uſquam obſervata eſt. Floret Julio. ♃ Пузырникъ ягодный. Russ. Sobol.

288. CUCUBALUS BEHEN. Calycibus ſubgloboſis glabris, reticulato-venoſis, corollis ſubnudis. (Calyces venis viginti, capſulae ſexvalves, plerumquae.) (G.) Flor. dan. t. 857.

Habitat inter ſegetes et in pratis ſylvoſis Pargelovii, tum Petropoli in inſulis apothecaria, lapidea et petri. Floret Junio, Julio. ♃ Пузырникъ гладкій. Russ. Sobol.

289. CUCUBALUS TATARICUS. Petalis bipartitis, floribus ſecundis decumbentibus, pedunculis oppoſitis ſolitariis erectis, caule ſimpliciſſimo. (Folia lanceolata, inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia et amplexicaulia. Calyx uno latere purpuraſcens.) (G.)

Habitat in ripa ſeptentrionali et elatiori Nevae fluvii ſupra pagum Oſtrovki dictum, et in ripa meridionali circa pagum Ribaczia. Floret Iunio, Iulio. ♃ Пузырникъ татарскій. Russ. Sobol.

SILENE. Calyx ventricoſus. Petala quinque unguiculata, ſaepe bifida, ad faucem coronata denticulis duobus. Capſula uni-ſive trilocularis.

290. SILENE NOCTIFLORA. Petalis bifidis, calycibus decemangularibus, dentibus tubum aequantibus, caule dichotomo. (Capſula unilocularis.) (R.) Cam. hort. t. 34.

Habitat circa Petropolim in ſylvis montoſis. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Смолянка ночноцвѣтная. Russ Sobol.

Digitized by Google

291. SILENE ACAULIS. Acaulis depreſſa petalis emarginatis, capſula cylindrica. (Foliis tenuiſſime ſpinuloſis, calycibus decagonis glabris fuſco-rubris. Dentibus calycinis margine albidis.) (G.) Flor. dan. t. 21.

Habitat in ſummitate montis Duderovii, et circa Craſnoſelium. Floret Iunio, Iulio. ♃ Смолянка безстебельная. Russ. Sobol.

STELLARIA. Calyx pentaphyllus patens. Petala quinque ut plurimum bipartita. Capſula unilocularis polyſperma.

292. STELLARIA NEMORUM. Foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramoſis. (Stolonibus reptantibus radicantibus, pedunculis dichotomis ſolitariis, petalis albis. Variat caulibus filiformibus, procumbentibus erectisque, internodiis rubris, petalis bifidis.) (G.) Flor. dan. t. 271.

Ad ripas umbroſas Nevae fluvii in inſulis, apothecaria, lapidea et in nemoribus frequentiſſima eſt. Floret Iunio. ♃ Жвѣздочница лѣсная. Sobol.

293. STELLARIA HOLOSTEA. Foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. (Semibifidis, foliis plerumque lineari-lanceolatis, glabris, glaucis.) (G.) Flor. dan. t. 698.

Habitat ubique in ſylvis humidioribus. Floret Majo, Iunio. ♃ Звѣздочница мягкая. Russ. Sobol.

Digitized by Google

294. STELLARIA GRAMINEA. Foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. (G.) Mill. illuſtr. ic.

In fruticetis et dumetis ubique intra hypnum et Polytrichum frequens occurrit. Floret Majo, Iunio. ♃ Звѣздочница травнистая. Russ. Sobol.

295. STELLARIA CRASSIFOLIA. Foliis ovato-lanceolatis craſſiuſculis, pedunculis unifloris ex dichotomia caulis, floribus erectis: corolla calycem ſuperante, capſulis reflexis. (R. Sob.) Erhart Hannöv. Mag. 1784. n. 8. p. 117.

Occurrit in monte Pulcovo et in ſyluis circa Petropolim, rarius. Floret Majo, Iunio. Durationis incertae. Звѣздочница толстолистая. Russ. Sobol.

296. STELLARIA DILLENIANA. Foliis lineari-lanceolatis, caule flaccido, pedunculis terminalibus bifloris. (Sob.) Moenc. fl. haſſ. n. 364.

Habitat in pratis humidis ſylvoſis. Floret Iunio. ♃ Звѣздочница дилленiева. Russ. Sobol.

ARENARIA. Calyx pentaphyllus patens. Petala quinque integra. Capſula unilocularis, tri-aut ſexvalvis, apice dehiſcens, polyſperma.

297. ARENARIA PEPLOIDES. Foliis ovatis acutis carnoſis. (Glandulae in receptaculo.) (G.) Flor. dan. t. 624.

In ripis arenoſis circa Strelina et Oranienbaum, frequens eſt. Floret Majo, Iunio. ♃ Пѣщанка остролистая. Russ. Sobol.

Digitized by Google

298. ARENARIA TRINERVIA. Foliis ovatis nervoſis petiolatis. (G.) Flor. dan. t. 329.

In ſylvis humidis frequens occurrit. Floret Majo, Iunio. ⊙ Пѣщанка трижилистая. Russ. Sobol.

299. ARENARIA SERPYLLIFOLIA. Foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus. (Tota villis hiſpida, ramoſiſſima, capſula baſi pentagona.) (Folia ſubconnata luci obverſa punctata.) (G.) Curtis fl. Londin. faſc. 45.

Habitat in arvis ſiccis et ad vias, uti ad viam regiam prope Strelina. Floret Iunio, Iulio, Auguſto. ⊙. Пѣщанка точколистая. Russ. Sobol.

300. ARENARIA RUBRA. Foliis filiformibus oppoſitis internodiis duplo brevioribus, caulibus proſtratis, calycibus capſulis aequalibus. (G.) Loes. fl. pruss. t. 63.

In ripis arenoſis Nevae fluvii et ad margines ſylvarum in montoſis uti Pargelovii, in monte Poclonnaja atque Petropoli in ambulacris hortorum ſaepius occurrit. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Пѣщанка красная. Russ. Sobol.

## PENTAGYNIA.

SEDUM. Calyx quinquefidus. Corolla monopetala aut pentapetala. Squamae nectariferae quinque ad baſin germinis. Capſulae quinque, diſcretae, leguminoſae introrſum dehiſcentes.

301. SEDUM TELEPHIUM. Foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. (Folia ovata; corymbus ternus, trifido-ramoſus.) (G.) Flor. dan. t. 686.

Digitized by Google

Habitat in pratis circa Catharinenhoff, et in montoſis Pargelovii, Oſinova Roſchcza, atque in monte Pulcovo, aliisque in locis ſiccis arenoſis. Floret Iunio, Auguſto. ♃ Заячая капустка. Russ.

302. SEDUM ACRE. Foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida. (Foliis ſparſis ovatis inferioribus minoribus, cyma bifida. Sapore equidem haud acre. Folia in ramis junioribus congeſta.) (G.) Knozr del. hort. 2. t. S. 12. f. 1.

In montoſis arenoſis, ubique uti in monte Poclonnaja, Pulcovo, Pargelovii, et in pratis ſiccis inſulae lapideae aliarumque vulgaris planta eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Молодило. Russ.

OXALIS. Calyx profunde quinquepartitus. Petala quinque unguibus connexa, ſubcampanulata, ſaepius contorta. Filamenta interdum in cylindrum connata, quinque longiora externe dente erecto. Capſula quinquevalvis. pentagona, angulis dehiſcens.

303. OXALIS ACETOSELLA. Foliis ternatis obcordatis piloſis, ſcapis unifloris. Acaulis. (Radix ſquamoſa articulata; petala alba macula flava ad unguem.) (G.) Zorn pl. med. ic. t. 9.

In ſylvis umbroſis ſubhumidis ubivis frequens eſt. uti in inſulis apothecaria, lapidea et baſileenſi. Floret Aprili, Majo, et Iunio. ♃ Кислица щевельная. Russ. Sobol.

AGROSTEMMA. Calyx monophyllus, coriaceus, tubuloſus, quinque dentatus. Petala quinque un-

Digitized by Google

guiculata; limbo obtuſo, patente, plerumque indiviſo. Capſula unilocularis, quinquevalvis. Receptacula libera tot, quot ſemina, interiora gradatim longiora.

304. AGROSTEMMA GITHAGO. Hirſuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. (Dentes calycini corolla longiores.) (G.) Curtis fl. Londin. t. 209.

Inter ſegetes circa Ligovo et ubique vulgaris planta eſt. Floret Iunio. ⊙ Куколь. Russ.

LYCHNIS. Calyx monophyllus oblongusmembranaceus, quinquedentatus, laevis. Petala quinque, unguiculata; limbo ut plurimum, fiſſo; fauce (ſaepius) coronata. Capſula uni-tri-ſeu quinquelocularis, quinquevalvis, ſubovata.

305. LYCHNIS FLOS CUCULI. Petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. (Foliis apicibus rubellis, petalis roſeis. Capſula unilocularis quinquedenta.) (G.) Fl. dan. t. 590.

Habitat in pratis humidis circa Craſnoje ſelo, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Дрема. Russ. Дрема Кокушкина. Sobol.

c06. LYCHNIS VISCARIA. Petalis ſubintegris, Capſula quinqueloculari. (Petalis rubris, caule ad geniculos viſcidos rubro.) (G.) Flor. dan. t. 1082.

Creſcit ubique in pratis montanis ſylvoſis, uti in inſulis apothecaria, Lapidea, et montibus Poclonnaja et Pulcovo. Floret Iunio, Iulio. ♃ Смолевка. Russ. Дрема смолистая. Sobol.

Digitized by Google

307. LYCHNIS DIOICA. Floribus dioicis. (Squamis quinque in faemina. Capſula unilocularis. Variat flore rubro.) (G.) Fl. dan. t. 792.

Habitat pratis et cultis ubique, varietas rubra occurrit in Strelina ad margines ſylvarum. Floret Majo. Iunio. ♃ Дрема двудомная. Russ. Sobol.

CERASTIUM. Calyx pentaphyllus. Petala bifida. Capſula unilocularis, apice dehiſcens decemdentata.

308. CERASTIUM VULGATUM. Foliis ovatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffuſis. (G.) Curtis Flor. Londin. t. 130.

Creſcit parce ad vias, in agris et hortis Petropoli. Floret Majo, Iunio. ⊙ Роговикъ. Russ. Роговикъ обыкновенный. Sobol.

309. CERASTIUM VISCOSUM. Erectum, villoſoviſcoſum. (B.) Curtis Fl. Londin. t. 79.

Occurrit rarius circa Petropolim ad agrorum limites, et vias, uti in Ligovo, et Goreloy cabac. Floret Majo. ⊙ Роговикъ клейкій. Russ. Sobol.

310. CERASTIUM SEMIDECANDRUN. Floribus pentandris, petalis integris, (profunde emarginatis, calyce brevioribus.) (Caeſpitoſum parvum ſubviſcoſum, foliis ovatis cauli adpreſſis, calycibus conicis ut plurimum clauſis. Variat ſtaminibus quinque et decem; in poſteriori caſu quinque prius apparent, his effoetis quinque alia obſervantur.) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 122.

In inſulis apothecaria, baſileenſi et ubique ad ductus aquarum et in pratis copioſe provenit.

Digitized by Google

Floret Majo, Junio. ☉ роговикъ полудесятный. Russ. Sobol.

311. CERASTIUM AQUATICUM. Foliis cordatis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, capſulis pendulis, obtuſe ſeptangulis. Affinis ſtellariae nemorum. (Caulis diffuſus decumbens, flaccidus, apice viſcoſus. Folia undulata. Flores gemini, petalis lineis prominentibus. Capſula inflata qvinque-valvis; valvulae reflexae bifidae. Variat ſtylis quatuor aut quinque.) (Sob. R.) Curt. fl. Lond. t. 130.

Habitat in humidis circa Petropolim, uti ad ripas: lacuum Pargelovii, et Oſinovae Roſchczae, circa Sarſcoſelium in ſylvis et in locis ſimilibus. Floret Junio, Julio. ♃ роговикъ водяный Russ. Sobol.

SPERGULA. Calyx pentaphyllus. Petala quinque integra. Capſula ovata, unilocularis, quinquevalvis. Semina margine emarginato cincta.

312. SPERGULA ARVENSIS. Foliis verticillatis, floribus decandris. (Foliis nitidis teretiuſculis, panicula laxa dichotoma, ſtamina quinque aut decem.) (G.) Flor. dan. t. 1033.

In arvis et hortis oleraceis ac locis arenoſis frequens. Floret Junio. ☉ торица. Russ. торица полевая. Sobol.

313. SPERGULA NODOSA. Foliis oppoſitis ſubulatis laevibus, caulibus ſimplicibus, (unifloris, petalis albis, ſtylis tribus aut quatuor.)(G.) Flor. dan. t. 96.

Habitat in pratis montoſis, uti in monte Pulcovo Pargelovii, et ad radices montis Duderovii, cir-

Digitized by Google

ca urbem, Sophiam et Gatczinam, atque ad ripam fluvii Ochtae prope fabricam pyriam. Floret Juuio, Julio. ♃ торица узловатая. Russ. Sobol.

314. SPERGULA LARICINA. Foliis oppoſitis ſubbulatis ciliatis faſciculatis. (Folia rigida, ſetacea, baſi connata ciliata. Corolla nivea, magnitudine ſtellariae Holoſteae, pedunculi filiformes. Stamina decem: quorum quinque breviora.) (Sob.) Flor. dan. t. 858.

Habitat circa Petropolim in pratis humidis argilloſis duris, uti prope Ligovo, Goreloy cabac, et in urbe circa Noſocomium terreſtre et maritimum. Floret Junio, Julio. ♃ Торица лиственничная. Russ. Sobol.

# CLASSIS XI.

## DODECANDRIA

## MONOGYNIA.

ASARUM. Calyx ſuperus trifidus aut quadrifidus, coloratus laciniis apice inflexis. Corolla nulla. Filamenta duodecim. Capſula coronata, coriacea ſub ſexlocularis evalvis, diſſepimentis ad axim ſolutis.

315. ASARUM EUROPAEUM. Foliis reniformibus obtuſis binis. (Hexagyna, pedunculo unifloro nudo inter petiolos binos.) (G.) Flor. dan. t. 633. Aſarum officin.

Digitized by Google

Habitat in ſylvis circa Sarſcoſelium, in monte pulcovo et Duderovo, et ad fluvium Wolchow. Floret Majo. ♃ Подлѣсникъ ſive копытень. Russ. Копытень подлѣсный. Sobol.

LYTHRUM. Calyx ſex-aut duodecim fidus, ſtriatus, denticulis alternis minoribus. Corolla hexapetala, petalis calycis inciſuris inſertis. Filamenta ſex aut duodecim. Capſula bilocularis tecta polyſperma.

316. LYTHRUM SALICARIA. Foliis cordato-lanceolatis, oppoſitis floribus ſpicatis dodecandris, (verticillis ſub octodecimfloris, capſula triloculari.) (G.) Flor. dan. t. 671. Lyſimachia purpurea, officin.

Creſcit copioſe in paludibus Catharinhoffii, et ad foſſas paſſim. Floret Junio, Julio. ♃ Вербовникъ, ſive плакунъ. Russ. Плакунъ вербовный. Sobol.

## DIGYNIA.

AGRIMONIA. Calyx quinquedentatus, ſuperus, altero calyce obvallatus. Corolla pentapetala. Filamenta ſeptem, aut duodecim. Semina duo in fundo calycis indurati pericarpii loco.

317. AGRIMONIA EVPATORIA. Foliis caulinis pinnatis, ſerratis: impari petiolato, fructibus hiſpidis. (Fructibus decemſulcatis, ſetis uncinatis erectis.) (G.) Flor. dan. t. 588.

Habitat in Strelina ad margines ſylvarum, ſed non admodum frequens in aliis locis occurrit: frequentiſſima eſt in monte Duderovo. Floret

Digitized by Google

Iulio, Auguſto. ♃ Variet. β Odorata, ibidem occurrit. Репникъ. Ruſs. ſive Репешникъ, ſive кошка, репникъ благовонный. Sob.

## TRIGYNIA.

EUPHORBIA. Calyx monophyllus ventricoſus; ore quadridentato aut quinquedentato. Corolla petalis quatuor vel quinque, calyci alternatim impoſitis, craſſis, truncatis. Stamina decem ad viginti quinque. Germine pedicellato. Capſula tricocca, triloculari.

318. EUPHORBIA PEPLUS. Umbella trifida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis, (Petala bicornia lunata, ciliata. Capſulae trigonae: anguli rugoſi margine quaſi dehiſcentes.) (G.) Bulliard herb. Franc. t. 79.

Habitat in locis cultis paſſim, et circa montem Duderovium. Floret Iunio, Iulio, et Auguſto. ☉ Волчее молоко. Russ. Едкомлечникъ плащевый. Sobol.

319. EUPHORBIA HELIOSCOPIA. Umbella quinquefida, trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis. (Petalis integris fuſco-viridibus, fructibus laevibus.) (G.) Flor. dan. t. 726.

Habitat paſſim inter ſegetes praecipue circa [illegible]govo, et Pulcovo. ♃ Едкомлечникъ со[illegible]ный. Russ. Sobol.

320. EUPHORBIA PALUST[illegible] [illegible]mbel[illegible] fida, ſubtrifida, bifida, inv[illegible]s ov[illegible]

Digitized by Google

lanceolatis, ramis ſterilibus. ( Radice tuberoſa, cruribus longiſſimis, caulibus erectis, aſcendendo hirſutis, flore centrali pentapetalo ſterili, reliquis tetrapetalis obtuſiſſimis, integris, calyce pilis albis, ſtamina lutea. Capſula verrucoſa. Lac. acre.) (G.) Flor. dan. t. 866. Eſula; officinarum.

Habitat in pratis paludoſis inſulae lapideae ad ripam occidentalem fluvii, et circa montem Duderovium, atque in pratis prope urbem Narvam Floret Junio, Julio. ♃ Едкомлечникъ болотный. Russ. Sobol.

## DODECAGYNIA.

SEMPERVIVUM. Calyx ſex partitus aut duodecim partitus. Petala ſex ad duodecim. Stamina ſex ad duodecim. Germinibus ſex ad duodecim, capſulis totidem in orbem poſitis leguminoſis introrſum dehiſcentibus.

821. SEMPERVIRUM TECTORUM. Foliis ciliatis, propaginibus patentibus. (G.) Curtis flor. Londin. t. 160. Sempervivum majus, officin.

Circa oſtium priſtannoj rutchej in Lugam fluentis ad radicem collis magna copia creſcit. Floret Julio, Auguſto. ♃ Дикой чеснокъ .Russ. живучка кровельная. Sobol.



Digitized by Google

# CLASSIS XII.

# ICOSANDRIA

## MONOGYNIA.

PRUNUS. Calyx quinquefidus, inferus. Petala quinque. Stamina viginti ad triginta. Drupae unilocularis ſuperne clauſae nux ſuturis prominulis.

322. PRUNUS PADUS. Floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. (Arbor cortice rubente fuſco, foliis venis atris, floribus odoratiſſimis, fructus pulpa viridis oſſiculo pedunculato, ſemine ſapore perſici.) (G.) Flor. dan. t. 205.

Habitat in inſulis, lapidea, cruris, rotunda, et ubivis in ſylvis. Floret. Majo, Junio. ♄ Черемха. Ruſs.

## DIGYNIA.

CRATAEGUS. Calyx ſuperus quinquefidus. Corolla pentapetala. Stamina viginti. Bacca carnoſa infera umbilicata monoſperma aut polyſperma, unilocularis.

323. CRATAEGUS OXYACANTHA. Foliis obtuſis ſubtrifidis ſerratis. (Foliis venis nervisque notabilioribus villoſis, ſuperne obſolete trilobis, calycis laciniis nunquam reflexis. Stylus interdum

Digitized by Google

unus. Numerus ſtylorum et ſeminum duo ad quatuor.) (Sob.) Flor. dan. t. 634.

Habitat in ſylvis ad fluvium Lugam ♄ Бояремникъ Russ.

## TRIGYNIA.

SORBUS. Calyx ſuperus quinquefidus. Petala quinque. Stamina viginti. Bacca infera, ſuperne aperta, tri-vel quinque locularis, tri-aut pentaſperma.

324. SORBUS AUCUPARIA. Foliis pinnatis utrinque glabris. (Arbor frondoſa. Calyx laciniis quinque carnoſis, flores racemoſi ſubumbellati, albi, petalis patentiſſimis, fructus ruberrimi minimi, pomiformes, pentaſpermi.) (G.) Flor. dan. t. 1034.

Habitat paſſim in ſylvis. Floret Junio. ♄ рябина. Russ. рябина птичничья. Sobol.

## PENTAGYNIA.

PYRUS. Calyx quinquefidus, ſuperus. petala quinque. Stamina viginti. pomum inferum quinqueloculare polyſpermum.

325. PYRUS MALUS. Foliis ſerratis, umbellis ſeſſilibus, unguibus calyce brevioribus. Stylis glabris. (pedunculis brevioribus, calyce magis prominente, fructu ſphaerico quinqueloculari.) (Sob.) Blackw. herb. t. 178.

Habitat in ſylvis vicinis circulo Carelienſi. Floret Majo, Junio. ♄ Яблонь. Russ. Яблонь дикая. Sob.

Digitized by Google

SPIRAEA. Calyx quinquefidus, inferus. Petala quinque. Stamina viginti et ultra. Capſulae polyſpermae quatuor vel plures, uniloculares, bivalves. Semina ſuturae internae affixa.

326. SPIRAEA FILIPENDULA. Herbacea, foliis interrupte-pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis interrupte ſerratis, glaberrimis, floribus cymoſis, (odoratis, albis, maculis ſanguineis, interdum hexapetalis, calyce reflexo, ſtamina quatuordecim ad quinquaginta.) (Sob.) Flor. dan. t. 635. Filipendula, officin.

Creſcit in pratis circa Lugam fluvium. Floret Julio. ♃. Таволга нитковислая. Russ. Sobol.

327. SPIRAEA ULMARIA. Herbacea foliis interrupte pinnatis, foliolis ovatis biſerratis ſubtus canis, floribus cymoſis, (odoratis, puris, reflexis. Stamina triginta. Capſulis contortis. Foliis ſubſtipulatis.) (G.) Flor. dan. t. 547. Ulmaria, officin.

Habitat paſſim in ſylvis umbroſis humidis praeſertim ad ripas Nevae fluvii, in inſula apothecaria, lapidea et ubique. Floret Junio, Julio. ♃ Царица луговъ. Russ. Таволга илемная. Sob.

## POLIGYNIA.

ROSA. Calyx quinquefidus, urceolatus, carnoſus, collo coarctatus, demum baccatus, coloratus. Petala quinque. Antrum, ſive Bacca duplicata unilocularis ſuperne aperta, pericarpiis offeis intus nidulantibus. Semina copioſa, hiſpida, calycis interiori lateri affixa.

Digitized by Google

328. ROSA SPINOSISSIMA. Germinibus globoſis glabris, pedunculis hiſpidis, caule petiolisque aculeatiſſimis. (Foliolis novem acute ſerratis, ſpinulis rubeſcentibus, pedunculis germinibusque carmeſinis concoloribus, calycibus indiviſis coloratis, flore rubello. Variat petalis albis, odorata.) (G.) Flor. dan. t. 398.

Habitat in montoſis et locis apricis ſylveſtribus, uti in monte duderovo, et Pargelovii. Floret Julio. ♄ Шиповникъ колючій. Russ. Sobol.

329. ROSA CANINA. Germinibus ovatis pedunculis que glabris, caule petiolisque aculeatis. (Calycibus ſemipinnatis, bracteis duabus oppoſitis ciliatis, petalis bilobis, niveis, carneis, rubris odoratis. Variat pedunculis unifloris et bifloris, calycibus ovatis et ſubglobosis.) (Sob.) Flor. dan. t. 555. Roſa canina. officin.

Habitat in ſylvis montoſis circa jamburgum et in monte Duderovo. Floret Junio, Julio. ♃ Шиповникъ простый. Russ. Sobol.

RUBUS. Calyx quinquefidus Corolla pentapetala. Drupae congregatae uniloculares, receptaculo conico baccanti ſuperimpoſitae.

330. RUBUS IDAEUS. Foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. (Coſta plerumque inermi, foliis ſubtus albis. Stamina ſexaginta, fructu rubro et villoſo.) (G.) Flor. dan. t. 788. Rubus idaeus, officin.

Ubique in ſylvis prope urbem Petropolim copioſiſſime provenit: uti Catharinhofii, in inſulis, apothecaria et Lapidea et Camennoj Nos; atque in

monte poclonnaja. Floret Majo, Iunio. ♂ Малина. Ruſs. Variat fructu albo, in hortis. Малина бѣлая. Ruſs.

331. RUBUS FRUCTICOSUS. Foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis, (ſpinoſiſſimis, floribus racemoſis, calyce reflexo, bacca nigra, acinis quatuordecim.) (G.) Regn. bot. t. 394.

Habitat in ſylvis humidis umbroſis, ad viam Wiburgenſem in monte poclonnaja, in Oſinova Roſchcza, et prope Narvam. Floret Iunio, Iulio. ♄ Ежевика. Ruſs.

332. RUBUS SAXATILIS. Foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. (Staminibus triginta, aut quadraginta. Foliis rugoſis, obovatis, inaequaliter ſerratis, non in canis. Flores leviter odorati; fructus aciduli.) Flor. dan. t. 134.

In ſylvis copioſe provenit, uti in inſulis, apothecaria, lapidea, et paſſim. Floret Iunio. ♄ Каменика, ſive Костяница. Ruſs.

333. RUBUS ARCTICUS. Foliis ternatis, caule inermi unifloro. (Flore purpureo, fructu rubro.) (G.) Flor. dan. t. 468. Rubus arcticus, officin.

Habitat in inſula apothecaria, prope cemeterium, et in ſylvis humidis paſſim inter Petropolim et Peterhovium, atque ad viam Wiburgenſem, Floret Iunio. ♃ Княжница. Ruſs.

334. RUBUS CHAMAEMORUS. Foliis ſimplicibus lobatis, caule inermi unifloro, floribus dioicis. (Herba dioica, vel Radix Maris et feminae unita ſubterra in monoica.) (G.) Flor. dan. t. 1. Chamaemorus, officin.

Digitized by Google

Creſcit in ſylvis paludoſis, circa pagum Murinam, nec non Monaſterium Newſkoj, et Ozerki, et paſſim, ſatis copioſe. Floret Iunio. ♃ Морошка. Russ.

FRAGARIA. Calyx decemfidus, laciniis alternis exterioribus minoribus reflexis. Petala quinque. Stamina viginti in ordine uno diſpoſita, Semina nuda glabra, Receptaculo ovato baccanti, deciduo, colorato, ſuperimpoſita.

335. FRAGARIA VESCA. Foliis omnibus ternatis, flagellis reptantibus. (G.) Knorr. del. hort. I. t. E. I. Fragaria, officin.

Creſcit in ſylvis Sterilibus, et montoſis paſſim. Floret Majo, Iunio. ♃ Земляника. Russ.

POTENTILLA. Calyx decemfidus, laciniis alternis minoribus reflexiis. Petala quinque. Stamina viginti. Semina ſubrotunda nuda, rugoſa, receptaculo parvo exſucco fungoſo, tuberculato affixa.

336. POTENTILLA ANSERINA. Foliis pinnatis ſerratis, caule repente, pedunculis unifloris. (Folia interrupte pinnata, ſubtus alba, ſtolones repentes rubri.) (G.) Flor. dan. t. 544.

In pratis et ad vias nihil frequentius eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Гусиная трава. Russ. Могущикъ Гусоный. Sobol.

337. POTENTILLA ARGENTEA. Foliis quinatis cuneiformibus inciſis ſubtus tomentoſis, caule erecto. (Caule firmo decumbente ſaepius, petalis ſulphureis exiguis.) (G.) Flor. dan. t. 865.

Digitized by Google

Habitat in montoſis ſiccis ſabuloſis; in monte Poclonnaja, Pulcova, et in inſula lapidea, aliisque in locis ſimilibus. Floret Iunio, Iulio. ♃ Серебреникъ ſeu. пятилистникъ. Russ Могущикъ серебреный. Sobol.

338. POTENTILLA REPTANS. Foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. (Radiculis ex geniculis, floribus luteis.) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 29. Quinquefolium, officin.

Ad ductus aquarum circa viam Peterhovianam frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Могущикъ пятилистый. Russ. Sobol.

339. POTENTILLA NORVEGICA. Foliis ternatis, caule dichotomo, pedunculis axillaribus. (F. Sob.) Flor. dan. t. 171.

Habitat in ſylvis prope Sarſcoje ſelo, Pargelovii, in Murina et Oſinova Roſchcza, tum Petropoli in hortis oleraceis et ruderatis. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Могущикъ норвежский. Russ. Sobol.

TORMENTILLA. Calyx octofidus, laciniis exterioribus minoribus obcordatis. Petala quatuor. Stamina ſexdecim, Semina octo ſubrotunda, nuda, receptaculo parvo exſucco affixa.

340. TORMENTILLA ERECTA. Caule erectiuſculo, foliis ſeſſilibus, (quinatis, radicalibus longopetiolatis, ternatis.) (G.) Flor. dan. t. 598. Tormentilla officin.

Habitat in pratis apricis ſylvoſis ſatis copioſe, uti in regione Wiburgenſi ultra Noſocomia, circa cemeterium Sti Iohannis, in inſula apothecaria,

Digitized by Google

et paſſim. Floret Junio, Julio. ♃ Завязной корень. Russ. Завязникъ стоячій. Sobol.

GEUM. Cclyx decemfidus laciniis exterioribus minimis. Petala quinque, ſtamina viginti. Styli terminales. Semina ariſta geniculata. Receptaculum columnare, calyci reflexo impoſitum.

341. GEUM URBANUM. Floribus erectis, fructibus globoſis villoſis, ariſtis uncinatis nudis, foliis lyratis, (pinnis rhomboideis, flore luteo.) (G.) Flor. dan. t. 672. Caryophyllata, officin.

Habitat in ſylvis umbroſis circa fabricam pyriam Ochtenſem, in Strelina, ad viam Peterhovianam et paſſim. Floret Iunio. ♃ Гравилатъ s. Гребенникъ. Russ. Гвоздичникъ аптекаркій. Sobol.

342. GEUM RIVALE. Floribus nutantibus, fructu oblongo, ariſtis plumoſis tortis. (Folia pinnis frequentioribus, extrema ſemitrifida, calyce profunde partito lanuginoſo purpureo, petalis rubris, lineis ſanguineis interne. Stamina nonaginta quinque.) (G.) Flor. dan. t. 722.

Habitat in pratis humidis et ripis Nevae fluvii, in inſulis apothecaria, lapidea, Camennoy Nos et ad ductus aquarum paſſim. Floret Majo, Iunio. ♃ Гравилатъ, ſev Гребенпикъ. Russ. Гравилатъ ручейный. Sobol.

COMARUM. Calyx decemfidus, perſiſtens, laciniis alternis inferioribus minoribus coloratis. Petala quinque calyce minora. Semina nuda glabra. Receptaculum carnoſum, globoſum, villoſum, perſiſtens.

Digitized by Google

343. COMARUM PALUSTRE. Foliis pinnatis, petalis calyce minoribus. (Caulibus proſtratis erectis que, foliis hirſutis, petalis calyce odorato minoribus rubris, ſtaminibus viginti rubris.) (G.) Flor. dan. t. 686.

Habitat in paludibus frequens. Floret Iunio. ♃ Сабельникъ раменный. Russ. Пятилистникъ болотный. Sobol.

# CLASSIS XIII.

## POLYANDRIA

## MONOGYNIA.

ACTAEA. Calyx tetraphyllus. Stamina viginti ad triginta. Bacca unilocularis uniſulca. Semina ſemiorbiculata, ordine gemino.

344. ACTAEA SPICATA. Racemo ovato, fructibus baccatis. (Foliis duplicato-pinnatis, ſerratis, pinnula extrema biloba. Calyx lacteus, purpura coloratus. Corollae petala nivea, ligulata, ſtigma oblique depreſſum, bacca globoſa coriacea.) (G.) Flor. dan. t. 498. Chriſtophoriana officin.

Habitat in monte Pulcovo, et Duderovo, atque in aliis ſylvis umbroſis montoſis. Floret Majo, Iunio. ♃ Воронецъ, ſive Христофорова трава. Russ.

CHELIDONIUM. Calyx monophyllus. Stamina triginta. Siliqua unilocularis, cylindracea, ſubbi-

Digitized by Google

valvis. Receptaculum lineare inter valvas ſuturae inſtar circumambientis feneſtrale, ſeminibus hilo auctis repletum.

345. CHELIDONIUM MAJUS. Pedunculis umbellatis. (Siliqua matura nodoſa unilocularis, breviſſima, caule piloſo.) (G.) Flor. dan. t. 542. Variat foliis quernis. Flor. dan. t. 676. Chelidonium majus, officin.

In ruderatis et cultis Petropoli, et in ſylvis humidis Strelinae, ad Staraja Ladoga alibique cocopioſe provenit. Floret Junio, Julio. ♃ Чистякъ, ſive Чистотѣлъ большой. Russ.

PAPAVER. Calyx diphyllus. Corolla tetrapetala. Stigma peltatum, radiatum, crenatum. Capſula ſubmultilocularis, ſub ſtigmate perſiſtente poris dehiſcens. Stylus nullus. (Pori dehiſcentes, in Pap. ſomnifero.)

346. PAPAVER SOMNIFERUM. Varietas, effluens. Capſulis globoſis glabris minoribus, poris dehiſcentibus majoribus, floribus albis, ſemine nigro. (Sob.)

Habitat ſpontaneum in hortis oleraceis, tum praecipue in hortis ruralibus et ad ſegetes prope Goreloy cabac, et Ribaczja, et in pluribus aliis locis. Floret Iulio. ☉ Макъ бѣгунъ. Russ. (Sob.) ita vocatur, quia ſemina ejus cito e capſula effluunt, unde colligi nequeunt, vel raro.

NYMPHAEA. Calix tetra-aut pentaphyllus, inferus magnus, ſupra coloratus. Filamenta ſeptuaginta ſaepe. Stigma peltato-ſeſſile. Bacca multilocu-

Digitized by Google

laris ( 10-15 locularis ) truncata, coronata, corticoſa, polyſperma.

347. NYMPHAEA LUTEA. Foliis cordatis integerrimis, calyce pentaphyllo majore. (Fructu pyriformi.) (G.) Flor. dan. t. 603.

In ſtagnis paludoſis et fluviis lente currentibus copioſe provenit, et in inſula apothecaria atque lapidea, et Catharinhoffii occurrit paſſim. Floret Junio, Julio. ♃ Кушинчики. Russ. кушинчикъ желтый. Sobol.

348. NYMPHAEA ALBA. Foliis cordatis integerrimis, calyce qnadrifido. (Fructus globoſi, flores ſaepius pleni.) (G.) Flor. dan. t. 602. Nymphaea officin.

Habitat in aquis ſtagnantibus cum praecedente. Floret eodem tempore. ♃ Кушинчикъ бѣлый. Russ. Sobol.

TILIA. Calyx quinquepartitus deciduus. Corolla pentapetala. Stamina triginta et ultra. Bacca ſive capſula globoſa, quinquelocularis, corticoſa, quinquevalvis, baſi dehiſcens.

349. TILIA EUROPAEA. Floribus nectario deſtitutis, baccis quadrilocularibus. (Foliis cordatis, ſerratis acuminatis.) (G.) Flor. dan. t. 553. Tilia officin.

Habitat ad fluvium Lugam, et paſſim in ſylvis. Floret Iunio, Iulio. ♄ Липа. Russ. Липа Европейская. Sob.

CISTUS. Calyx pentaphyllus, foliolis duobus alternis inferioribus minoribus. Capſula unilocularis vel decemlocularis, trivalvis aut decemvalvis.

350. CISTUS HELIANTHEMUM. Caulis procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. (Caules longi rubentes. Calyx venis ſanguineis, ſtipulis calyce longioribus.) (G.) Fl. dan. t. 101. Obſerv. ſi filamenta baſi irritentur, in primis tempere matutino ſeu aëre humido, mox ad petala ſe reclinant tanta vi, ut antherae piſtillo ſuperſedeant.

Habitat in collibus circa urbem Gatczinam, et in Kojrova. Floret Iunio, Iulio. ♄ Будра. Russ. Будра солнцоцвѣшная. Sobol.

## TRIGYNIA.

DELPHINIUM. Calyx nullus. Corolla pentapetala, aut hexapetala, ſupremo cornu coronato. Nectarium bifidum, pone cornutum. Stamina quindecim ad triginta. Capſulae leguminoſae ſubternae, receptaculo communi affixae introrſum dehiſcentes, polyſpermae.

351. DELPHINIUM CONSOLIDA. Nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. (Flore caeruleo, interdum albo.) (G.) Fl. dan. t. 683. Conſolida regalis, officin.

Habitat in agris inter ſegetes, uti in Ligova, et Craſnoje ſelo. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Кавалерскіе шпоры. Russ.

ACONITUM. Calyx nullus. Petala quinque, ſupremo galea fornicato, lateribus conniventibus: nectariis duobus pedunculatis, reconditis, recurvis, ſquamulis ſex. Capſulae leguminoſae tres aut quinque, receptaculo communi affixae, introrſum dehiſcentes. Seminibus arido-baccatis.

Digitized by Google

352. ACONITUM LYCOCTONUM. Foliis villoſis palmatis multifidis, laciniis brevibus obtuſiuſculis, nectariis rectiuſculis. (Foliis glabris, variis, laciniis lanceolatis, petalo ſupremo apice dilatato, cylindraceo, flore luteo vel ochroleuco. Stamina viginti ſex.) (G.) Jacqu. Fl. auſtr. 4. t. 380. Variat flore caeruleſcente.

Habitat ad fluvium Wolchow ſugra pagum Czertovo. Floret Julio. ♃ Волчій корень. Russ. Волкобой. Sobol.

## PENTAGYNIA.

AQUILEGIA. Calyx nullus. Petala quinque. Nectaria quinque inferne corniculata intra petala. Stamina triginta ad quadriginta. Paleae decem germen involventes. Capſulae quinque leguminolae, receptaculo communi affixae, introrſum dehiſcentes.

353. AQUILEGIA VULGARIS. Nectariis incurvis, petalo ſubaequalibus, caule folioſo multifloro, foliolis omnibus petiolatis. (Lobis omnibus ſubrotundis obtuſiſſimis divergentibus. Variat, flore ſimplici, pleno, caeruleſcente, albo, roſeo, rubro.) (Sob.) Flor. dan. t. 695.

Habitat in ſylvis herboſis circa vicum Strelina, ubi dantur plures ejus varietates. Floret Iunio, Iulio. ♃. Голубки, павлинные очки. Russ. Водосборъ обыкновенный. Sobol.

## HEXAGYNIA.

STRATIOTES. Spatha diphylla. Perianthium trifidum aut triphyllum. Petala tria. Flores inter-

dum dioici. Bacca ſexlocularis, hexagona, intra ſpatham tecta, infera.

354. STRATIOTES ALOIDES. Foliis enſiformi-triangulis ciliato-aculeatis. (G.) Flor. dan. t. 337.

In aquis ſtagnantibus Catharinhoffii et paſſim Floret Iunio. ♃ Тѣлорѣзъ большой. Russ. Sobol.

## POLYGYNIA.

ANEMONE. Calyx plurimis nullus. Petala quinque ad undecim, in duobus aut tribus ordinibus. Receptaculum excavato-punctatum. Capſulae plures mucronatae aut caudatae ſtylum retinentes.

355. ANEMONE HEPATICA. Involucro triphyllo calyciformi, foliis trilobis integerrimis. (Stamina quadraginta ſex. Styli triginta ſex. Variat: flore caeruleo, ſimplici albo et duplici.) (G. Flor. dan. t. 610. Hepatica nobilis, officin.

Habitat in monte Pulcovo, et Duderovo, ac paſſim in ſylvis montoſis fruticoſis lapidoſisque. Floret ſub finem Aprilis, et initio Maji. ♃ Трилистникъ чистой. Russ. Вѣтреница печеночная. Sob.

356. ANEMONE VERNALIS. Pedunculo involucrato, foliis pinnatis, pinnis inciſo-lobatis, ſcapo unifloro, hirſutiſſimo, flore ſubnutante ſubtus rubro caeruleſcente, ſupra albo, hexapetalo. (B.) Flor. dan. t. 29.

Habitat in montoſis circa urbem Narvam. Floret Majo. ♃ Вѣтреница весенная. Russ. Sobol.

357. ANEMONE PULSATILLA. Pedunculo involucrato, foliis bipinnatis, petalis rectis. (Flore pendulo, purpureo coeruleove diluto.) (G.) Flor. dan. t. 153. Pulſatilla officin.

Ad oſtium Narovae fluvii in pineto locis aridis copioſe provenit. Floret Majo. ♃ Прострѣлъ. Russ. Вѣтреница прострѣлная. Sob.

358. ANEMONE NEMOROSA. Caule unifloro, foliolis inciſis, ſeminibus acutis. (Foliis ternis nitidis, inciſis petiolatis pedunculo brevioribus. Stamina ſexaginta ad octoginta; antheris et ſtigmatibus albis, petalis ſex albis, Seminibus ſubtomentoſis. Variat, petalis ſubtus purpereis.) (G.) Flor. dan. t. 549. Rannnculus albus, officin.

Habitat ubique ad margines ſylvarum et inter frutices, atque in inſulis, Baſileenſi, lapidea et apothecaria frequentiſſima eſt. Floret Majo. ♃ Вѣтреница лѣсная. Russ. Sobol.

359. ANEMONE RANUNCULOIDES. Caule ſubbifloro, petalis ſubrotundis, foliolis inciſis, ſeminibus acutis. (Foliis ternis inciſis ſubſeſſilibus pedunculo longioribus. Petalis luteis ſaepius maculis albis. involucro unifloro, aut trifloro. Seminibus glabris.) (G.) Flor. dan. t. 140.

Habitat in monte Pulcovo et Duderovo, etiam in ſylvis inſularum beſileenſis, lapideae, Petri, crucis, et apothecaria, atque etiam in hortis ſpontanea inter fragariam aliasque plantas. Floret Majo. ♃ Вѣтреница желтая. Russ. Sobol.

THALICTRUM. Calyx nullus. Petala quatuor aut quinque. Capſulae plures, ſulcatae, roſtratae, ſeminiformes, monoſpermae.

Digitized by Google

360. THALICTRUM ANGUSTIFOLIUM. Foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. (Foliis interdum duplicato-pinnatis, pinnis unilobis aut bilobis, alternis trilobis, ad oras membranaceis hirſutulis, caule nudo; umbella, racemove florum ochroleucorum terminato. In umbra odorem ſambucinum ſpargit.) (G.) Jacq. hort. vind. 3. t. 43.

Habitat in pratis humidis, in ripis umbroſis Nevae fluvii circa Catharinhoff, in inſula rotunda, et apothecaria prope fabricam pyriam, atque in multis aliis locis ſimilibus. Floret Iunio. ♃ Золотуха узколистая. Russ. Sobol.

361. THALICTRUM FLAVUM. Caule ſulcato folioſo, foliolis acute trifidis, panicula multiplici erecta denſa, floribus erectis. (Foliola craſſiuſcula, ſubtus venis prominentibus floribus flavis, flaveſcit.) (G.) Flor. dan. t. 939.

Habitat in pratis ſylveſtribus humidis, uti circa Sarſkoje ſelo, et Craſnoje ſelo. Floret Iunio. ♃ Золотуха желтая. Russ. Sobol.

362. THALICTRUM AQUILEGIFOLIUM. Caule tereti, fructibus pendulis triangularibus rectis. (Foliis ad exortum et diviſiones ſtipulis rotundatis, floribus umbellatis denſiſſimis, petalis quatuor exalbidis valde convexis. Variat ſtaminibus purpureo-violaceis et albis.) (G.) Jacq. Fl. auſt. 4. t. 318.

Habitat in ripa umbroſa Nevae fluvii prope Catharinhoff, tum ad fluvium Wolchow, et in ſylvis umbroſis ad viam Pargeloviensſem, et circa Murzincam. Floret Junio. ♃ Засплиса. Russ. Золотуха водосборная. Sobol.

RANUNCULUS. Calyx deciduus pentaphyllus, (rarior triphyllus.) Petala quinque, (rarius tria aut octo.) Nectarium fovea vel ſquamula in ſingulo petalo ſupra ungvem. Styli nulli. Stigmata reflexa perſiſtentia., Semina incruſtata erecta.

363. RANUNCULUS REPTANS. Foliis linearibus, caule repente. (G.) Flor. dan. t. 108.

In ripis arenoſis Nevae flųvii circa inſulas apothecariam lapideam, aliisque quae aquis ſaepe inundantur frequens occurrit. Floret Junio, Julio. ♃ Купальница. Russ. Жабникъ ползучій. Sobol.

364. RANUNCULUS FLAMMULA. Foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. Calyx corolla flava comoſus, petala integra. (G.) Flor. dan. t. 572.

In uliginoſis inſularum Nevae fluvii et paſſim frequens occurrit. Floret Junio, Julio. ♃ Жабникъ огненный. Russ. Sobol.

365. RANUNCULUS LINGUA. Foliis lanceolatis, caule erecto. (Foliis integerrimis et ſeſſilibus, caule tomentoſo, capitulis ſquamatis, flore magno.) (G.) Flor. dan. t. 754.

Habitat in aquis ſtagnantibus inſulae apothecariae, tum inter urbem Pawlowſkoy, et Slavjankam et circa Murzinkam in locis limoſis. Floret Julio. ♃ Жабникъ язычный. Russ. Sobol.

366. RANUNCULUS FICARIA. Foliis cordatis angulatis petiolatis, caule unifloro, floribus octopetalis, calyce triphyllo. (Petala octo, aut novem flava, ſubtus ſtriata, nectario ſquamula ſubtrifida. Stamina octodecim ad triginta ſex. Sub ole-

Digitized by Google

racea.) (G.) Flor. dan. t. 499. Chelidonium minus, officin.

In locis uliginoſis umbroſis paſſim. Floret Majo, Junio. ♃ Чистякъ меньшій. Russ. Жабникъ чистотѣльный. Sobol.

367. RANUNCULUS CASSUBICUS. Foliis radicalibus ſubrotundocordatis crenatis, caulinis digitatis dentatis, caule multifloro. (B.)

Habitat in ſylvis umbroſis circa Petropolim, et alibi. Floret Junio. ♃ Жабникъ кассубскій. Russ. Sobol.

368. RANUNCULUS AURICOMUS. Foliis radicalibus reniformibus crenatis inciſis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. (Folium radicale cordatum, caulina ſubverticillata, caule debili plerumque decumbente, flores exigui flaui, vernalis apetali, adultioris petalis tribus aut quinque.) (G.) Flor. dan. t. 665.

Habitat in nemoribus et pratis paſſim. Floret Majo, Junio. ♃ Жабникъ злашовласый. Russ. Sobol.

369. RANUNCULUS SCELERATUS. Foliis inferioribus palmatis, ſummis digitatas, fructibus oblongis. (Foliis trilobis, lobis lateralibus trifidis, ſequentis crenatis, ſuperioribus integris, calyce glabro, reflexo, flaveſcente, petalis ex luteo-palleſcentibus. Stamina duodecim, fructu abortiente. Variat: foliis apioideis, lanuginoſis, inciſuris pluribus, floribus nitore pingui et fructibus in capitulum congeſtis ſurſum ſpectantibus.) (G.) Flor. dan. t. 570.

Digitized by Google

In foſſis ſuburbiis et locis uliginoſis nihil vulgatius. Floret Majo, Iunio. ⊙ Жабникъ вредный: Russ. Sob.

370. RANUNCULUS BULBOSUS. Foliis compoſitis, caule erecto multifloro, pedunculis ſulcatis, calycibus retroflexis. (Radice ſimplici globosa napiformi, squamulis nectarii trigonis. Stamina ſexaginta.) (B.) Flor. dan. t. 551.

Habitat in pratis et locis gramineis circa Iamburgum. Floret Majo, Iunio. ♃ Жабникъ узлокоренный. Russ. Sobol.

371. RANUNCULUS REPENS. Foliis compoſitis, ſtolonibus repentibus, pedunculis ſulcatis, calycibus patulis. (Radix faſciculata, caule ſubdepreſſo, foliis maculatis trilobis glabris linea longitudinali cava, petiolis violaceis, calyce patulo glabro.) (Sob.) Flor. dan. t. 795.

Creſcit ad canales et foſſas, in hortisque oleraceis nimis frequens, unde eliminari vix poteſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Жабникъ стелистый. Russ. Sobol.

372. RANUNCULUS POLYANTHEMOS. Foliis multipartitis, caule erecto, pedunculis ſulcatis, calycibus patulis. (Foliorum laciniae anguſtae, apice calloſae.) (R.) Lobel. ic. 666.

Habitat in pratis elevatis circa petropolim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Жабникъ многоцвѣтный. Russ. Sobol.

373. RANUNCULUS ACRIS. Foliis tripartito-multifidis, ſummis linearibus, pedunculis teretibus, calycibus patulis. (Folia macula ab inſertio-

Digitized by Google

ne petioli per venas interdum diſperſa, ſubtus ſubincana, glabra, pedunculis erectis ramoſo-corymboſis, calycibus patulis, petalis flavis nitidis. Stamina quadraginta octo ad quinquaginta ſex. In locis pingvioribus foliis admodum latis et magis hirſutis occurrit.) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 20. Ranunculus acris officin.

Habitat in pratis et ſylvis inſularum Nevae fluvii, et vbique vulgaris planta eſt. Floret Majo, Iunio. ♃ Жабникъ остросочный. Russ. Sobol.

374. RANUNCULUS ARVENSIS. Foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus, ſeminibus aculeatis. (Flores minimi. Stamina quatuordecim) (B.) Flor. dan. t. 219.

Habitat in arvis humidis et ad ſegetes circa Jamburgum. Floret Majo, Iunio. ☉ Жабникъ полевый. Russ. Sobol.

375. RANUNCULUS AQUATILIS. Foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis peltatis. (Foliis multifidis, laciniis divergentibus, foliolis calycinis reflexis coloratis, flore albo.) (G.) Flor. dan. t. 376.

Habitat in paludibus et aquis ſtagnantibus inſularum Apothecariae, et lapideae; nec non ad habitacula aeſtiva aegrotantium noſocomii pedestris, atque in ramis minoribus Nevae fluvii circa inſulas. Floret Iunio. ♃ Жабникъ водяный. Russ. Sobol.

TROLLIUS. Calyx nullus. Petala quatuordecim. Nectaria novem, linearia, baſi perforata. Styli nulli. Stigmata mucronata. Capſulae plurimae ſiliquoſae, ovatae, tetraſpermae, introrſum dehiſcentes.

376. TROLLIUS EVROPAEUS. Corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum. (Foliis radicalibus quinquefidis, ſegmentis lobatis, lobis acutis, petiolatis, petiolis albis; flore maturo aureo, odorato, immaturo viridi, ſtriis rubris, petalis duplici ordine poſitis, ſupra ſtamina recurvatis octo, aut decem.) (G.) Flor. dan. t. 133.

Habitat paſſim in ſylvis et pratis, in magna copia praecipue ad viam Sarſcoſelienſem et montem Pulcovum atque fabricam pyriam Ochtenſem. Floret Majo, Iunio. ♃ Желтоголовъ Европейскiй. Russ. Sobol.

CALTHA. Calyx nullus. Petala quinque. Germina quinque ad decem. Styli nulli. Capſulae plures polyſpermae, leguminoſae, ſtellatim patentes.

377. CALTHA PALUSTRIS. (Dichotoma pedunculis ſulcatispetalis flavis, ſtamina ultra centum). )G.) Flor. dán. t 668.

In pratis a fluvio Neva inundatis et paſſim in paludibus, et locis uliginoſis. Floret Majo, Iunio, Iulio. ♃. Курослѣпъ болотный. Russ. Sobol.

# CLASSIS XIV.

# DIDYNAMIA

## GYMNOSPERMIA.

AJUGA. Corollae labium ſuperius minimum. Stamina labio ſuperiori longiora.

Digitized by Google

378. AJUGA PYRAMIDALIS. Tetragono-pyramidalis villoſa, foliis oblongis dentatis, radicalibus maximis, (decuſſatis, inferne purpureis, plerumque tridentatohaſtatis, corolla caerulea, calyce concolore. Labium corollae inferius orchioides.) (Sob.) Flor. dan. t. 185. Conſolida media, s. Bugula officin.

Creſcit inter gramina horti imperialis aeſtivi, ſpontanea. Floret Iunio, Iulio. ♃ Дубровка пирамидальная. Russ. Sobol.

MENTHA. Corolla ſubaequalis, quadrifida, lacinia latiore emarginata. Stamina erecta diſtantia.

379. MENTHA SYLVESTRIS. Spicis oblongis, foliis oblongis ſerratis tomentoſis ſeſſilibus, ſtaminibus corolla longioribus. (Folia admodum venoſa rugoſa. Calyx coloratus. Corolla ex albo caerulea. Var. β Molliſſima.) (Sob.) Flor. dan. t. 484. Mentha ſylveſtris, officin.

Habitat in hortis oleraceis circa Petropolim in Jemskaja, et in vico Strelina, ſpontanea. Floret Iunio. ♃ Мята лѣсная. Russ. Sobol.

380. MENTHA AQUATICA. Floribus capitatis, foliis ovatis ſerratis petiolatis, ſtaminibus corolla longioribus. (Stolonibus reptantibus, caulibus coloratis, foliis ſaepe maculatis, corolla ex albo coerulea purpurea. Varietas β ramoſiſſima, caule villoſo ramoſo: ramis patentibus, foliis ſubcordatis.) (G.) Flor. dan. t. 673. Mentha aquatica, officin.

Creſcit in marginibus ſylvarum aquoſis, Catharinhoffii et paſſim. Floret Iulio. ♃ Мята водяная. Russ. Sobol.

Digitized by Google

381. MENTHA GENTILIS. Floribus verticillatis, foliis ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corolla brevioribus. (Caule ramoſo, erecto, folio pallidiore, odore Meliſſae calaminthae. Variat, caule rubeſcente glabro.) (Sob.) Flor. dan. t. 736.

Habitat in urbe Petropoli ad foſſas et ſaepes hortorum et in Strelina alibique ſpontanea. Floret Auguſto. ♃ Мята простая. Russ. Sobol.

382. MENTHA ARVENSIS. Floribus verticillatis, foliis ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corollam aequantibus, (interdum et longioribus, verticillis tomentoſis, calycibus hiſpidis, caneſcentibus, ſquamis hirſutis lanceolatis ſubjectis, corolla ex albo profunde caerulea quadrifida, interdum quinquefida. Caules villoſi non multum diffuſi, adſcendentes.) (G.) Flor. dan. t. 512.

Habitat in pratis paſſim et circa ſegetes et hortos oleraceos. Floret Julio. ♃ Мята полевая. Russ. Sob.

GLECOMA. Calyx quinquefidus. Antherarum ſingula paria in forma crucis conniventia. (Calyce quindecim ſtriato, labio ſuperiore obtuſo ſemibifido. Germinibus corolla villoſa tectis.)

383. GLECOMA HEDERACEA. Foliis reniformibus crenatis, caulibus procumbentibus, radicantibus, floribus ſubverticillatis, involucro diphyllo. (Floribus coarctatis, labio ſuperiore pone ſubcornuto. Varietas β ſepium, caule elongato ſubſcandente, foliis reniformibus glabris. γ. minor, antheris obliteratis.) (G.) Flor. dan. t. 789. Hedera terreſtris, officin.

Digitized by Google

Habitat ad ſegetes Craſnoſelii et paſſim ad ſepes hortorum in hortisque. Floret Majo, Iunio. ♃ Будра Russ. Будра ползучая. Sobol.

LAMIUM. Corollae labium ſuperius integrum, fornicatum, labium inferius obcordatum, faux utrinque dente ſetaceo reflexo.

384. LAMIUM ALBUM. Foliis cordatis acuminatis ſerratis petiolatis, verticillis vigintifloris. (Caules ramoſi, folia hirſuta venis ſuperne atris, floribus magnis albis rubrisve verticillatis in geniculis; calyx laciniis reflexis ariſtatis; faux dente unico; antherae baſi piloſae. Variat flore purpureo labio ſuperiore bifido.) (Sob.) Flor. dan. t. 594. Urtica mortua, ſeu Galeopſis, officin.

Creſcit ubique in locis cultis et ad ſepes hortorum. Floret Iunio, Iulio. ♃ Глухая крапива. Russ. Пчелнососка бѣлая. Sobol.

385. LAMIUM PURPUREUM. Foliis cordatis obtuſis petiolatis. (Spica floralis pyramidalis; bracteae venoſae herbido-flavae; flos exiguus albus purpureusve hirſutus, fauce utrinque bidentatus. Omnia praecedente minora.) (G.) Flor. dan. t. 523.

Habitat inter ſegetes et in hortis paſſim. Floret Majo, Iunio. ⊙ Курячья слѣпота, ſive Волшебная крапива. Russ. Пчелнососка лиловая. Sobol.

386. LAMIUM AMPLEXICAULE. Caulibus inermibus, corollae labio inferiore bifido, foliis caulinis ſeſſilibus rotundatis inciſis; radicalibus pe-

tiolatis cordato-lobatis. (Sob.) Flor. dan. t. 752. Nunc Pollichia amplexicaulis.

In hortis oleraceis et locis cultis frequens eſt, cum Lamio purpureo. Floret lunio, Iulio. ☉ Пчелнососка круглолистая. Russ. Sobol.

GALEOPSIS. Corollae labium ſuperius ſubcrenatum, inferius trifidum; faux utrinque dente obtuſiuſculo concavo acuta. (Calyx longe ariſtatus.)

387. GALEOPSIS LADANUM. Verticillis omnibus remotis, calycibus campanulatis pubeſcentibus: dentibus lineari ſetaceis divergentibus longioribus, (caule internodiis aequalibus, foliis lanceolato-ovatis ſerratis hirſutis. Calyx dentibus tribus inferioribus majoribus ariſtatis; faux ampliſſima, galea purpurea, alba, flavicans, maculata, denticulis ad faucem maximis.) (G.)

Habitat iu locis cultis, et ad margines ſylvarum uti in monte Poclonnaja, Oſinova Roſcha, et ad ſegetes paſſim. Floret Iunio, Iulio. ☉ Курятникъ. Russ. Курятникъ вонючій. Sobol.

388. GALEOPSIS TETRAHIT. Verticillis ſummis ſubcontiguis, calycibus ventricoſis, dentibus longiſſimis ſetaceis aequalibus pungentibus; (internodiis magnis coloratis; foliis cordatis ſerrato-ciliatis, petiolis ſquamis ariſtatis ſuffultis. Calyx pilis globulo glanduloſo terminatis; corolla calyce duplo-quadruplo majore, purpurea, alba, flavicans, maculata, denticulis ad faucem maximis. (G.) Rivin. monop. t. 44.

Habitat circa papos et ſegetes frequens. Floret Iulio, Auguſto. ☉ Пѣтушьи головки. Russ. ſive Курятникъ конопляный. Sobol.

Digitized by Google

389. GALEOPSIS GALEOBDOLON. Calycibus pungentibus, corollae labio inferiore trifido, foliis omnibus cordatis dentatis petiolatis. ( Verticilli dimidiati ſubſexflori, (involucum tetraphyllum,) floribus flavis, labii inferioris lobo medio purpura picto, ſtaminibus in ſtylum quaſi concretis. ) (G.) Knorr del. hort. I. t. N. 9. n. s.

Habitat in nemoribus montoſis, circa Kojrovam et in monte Poclonnaja atque Pargelovii. Floret Iunio, Iulio. ♃ Курятникъ колючій. R. Sobol.

BETONICA. Calyx ariſtatus. Corollae labium ſuperius erectum planum; tubus cylindricus, incurvus. Stamina longitudine faucis; (deflorata exſerta.)

380. BETONICA OFFICINALIS. Spica interrupta, corollae galea integra, labii lacinia intermedia emarginata, calycibus glabriuſculis. (Verticilli qnatuordecim-flori calycibus bracteisque ſpinuloſis, corollis purpureis horizontaliter patentibus tubo longiſſimo, ſtaminibus villoſis. Folia cordato-oblonga ſerrato-rugoſa, atro-virentia, ſpica foliis reflexis interrupta. Variat ſaepius: galea bifida et flore albo.) (G.) Flor. dan. t. 726. Betonica, officin.

In ſylvis montoſis ad fluvium Wolchow et Lugam vulgaris planta eſt. Floret Iunio. ♃ Букви-ца черная. Ross.

STACHYS. Corollae labium superius fornicatum; inferius lateribus reflexum, lacinia intermedia mamajore emarginata. Stamina deflorata verſus latera reflexa.

Digitized by Google

391. STACHYS SYLVATICA. Verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis, (acuminatis, late ſerratis. Calyx coloratus incurvus, dente maximo, corolla purpurea, labio inferiore lineis albis; filamenta medio villoſa. Odorata.) (G.) Flor. dan. t. 1101.

Habitat in nemoribus humidis umbroſis, uti in monte Pulcovo, et Duderovo, et circa urbem Gatczinam. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Змѣина трава. R. Колосница лѣсная. Sobol.

392. STACHYS PALUSTRIS. Verticillis ſubſexfloris, foliis linearilanceolatis, ſemiamplexicaulibus, ſeſſilibus. (Calyces ſeſſiles, bracteis duabus coloratis, floribus albis, purpureſcentibusve.) (G.) Flor. dan. t. 1102.

Ad ripas, Nevae fluvii locis humidis, et foſſas atque inter ſegetes paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Колосница болотная. Russ. Sobol.

393. STACHYS ANNUA. Verticillis ſexfloris, foliis ovato-lanceolatis trinervibus laevibus petiolatis, caule erecto. (Folia varia, ſpinulis quaſi ciliata, verticillis quinquefloris aut novem floris, calycis dentibus patentireflexis ariſtatis fere ſpinoſis; flos ochroleucus fauce maxima, maculis purpureis. Lamii odor.) (R. Sob.) Jacq. Flor. auſt. 4. t. 360.

Habitat in aſperis, ſiccis montanis circa Craſnoſelium et in arvis circa montem Duderovum. Floret Iulio, Auguſto. ⊙ Колосница лѣтняя. Russ. Sob.

394. STACHYS ARVENSIS. Verticillis ſexfloris, foliis obtuſis nudiuſculis, corollis longitudine ca-

Digitized by Google

lycis , caule debili, corollae labio ſuperiore integerrimo. (R. Sob.) Flor. dan. t. 587.

Habitat in arvis Oſinovae Roſchczae, et circa Ligovam, ſed parce. Floret Iulio, Auguſtò. ⊙ Колосница полевая. Russ. Sobol.

LEONURUS. (Corollae labium ſuperius concavum integrum, labium inferius trifidum.) Antherae punctis nitidis adſperſae. (Calyce pentagono, dentibus inferioribus longioribus; germinibus tectis corona villorum e corollae tubo naſcentium.)

395. LEONURUS CARDIACA. Foliis caulinis lanceolatis trilobis. (Caules erecti ramoſiſſimi tetragoni, folia verticillis unifloris ſubjecta dependetia, calyces paleis ſuffulti ſpinoſis, flores ochroleuci. Stamina deflorata ad latera.) (G.) Flor. dan. t. 727. Cardiaca, officin.

In monte pulcovo, et Duderovo; ad ductum aquarum Ladogenſium, atque Petropoli in rudetatis et hortis paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Сердечная трава. ſive Львинохвостъ сердечный. Russ. Sobol.

PHLOMIS. Calyx angulatus. Corollae labium ſuſuperius incumbens, compreſſum, villoſum, (bifidum, inferius lacinia intermedia biloba, antheris puris.)

396. PHLOMIS TUBEROSA. Floribus involucratis involucris hiſpidis ſubulatis, foliis cordatis ſcabiis, caule herbaceo. (Foliis caulinis lanceolatis, binis oppoſitis, ſubjectis verticillis; calyci-

Digitized by Google

bus hiſpidis, floribus ochroleuco-purpureis. (G.) Gaertn. de fr. et ſem. cent. 5. t. 66. f. 9.

Habitat iu pratis ſiccis arenoſis circa Petropolim rarius. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Запья трава. ſive посошокъ. Russ. Посошокъ узловатый. Sobol.

CLINOPODIUM. Stamina curvata, antheris conniventibus. (Involucrum multiſetum, verticillo ſubjectum. Labium ſuperius erectum concavum, inferius trifidum, utrumque emarginatum.

397. CLINOPODIUM VULGARE. Capitulis ſubrotundis, bracteis ſetaceis, (caule procumbente, foliis ovatis acutis, raris: capituli ſubrotundi denſiſſimi diſſiti, floribus dilute purpureis, fauce et calyce admodum piloſo.) (Sob. B.) Sabb. h. rom. 3. t. 65.

Habitat in montoſis ſylvaticis, Pargelovii, Oſinova Roſchcza, circa Sarſcoſelium et Gatczinam, atque in monte Duderovo. Floret Iunio, Iulio. ♃ Постельница обыкновенная. Russ. Sobol.

ORIGANUM. Strobilus tetragonus, ſpicatus, calyces colligens. (Involucrum ſpicatum, bracteis imbricatis, ovatis coloratis. Periathium inaequale, varium, bilabiatum diphyllum, quinquedentatum.)

398. ORIGANUM VULGARE. Spicis ſubrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. Variat: ſpicis folioſis breviſſimis umbellatis, et ſpicis decoloribus umbellatis, corollis albis. Utraque foliis ovato-acuminatis petiolatis integris acuminatis, calyce fauce piloſa,

Digitized by Google

bracteis purpuraſcentibus, ſtaminibus qnatuor, antherae octo.) (G.) Flor. dan. t. 638. Origanum vulgare offic.

Habitat in ripis editis Nevae fluvii, et ad margines ſylvarum, Pargelovii, montis duderovii, Gatczinae, ad pagum Colodeci et ad fluvium Lugam. Floret Iunio, Iulio. ♃ Душица, ſive материка. Russ. Душица пуостая. Sobol.

THYMUS. Faux villis clauſa. (Calyx labio ſuperiore tridentato, inferiore biſeto, incurvo-gibbus.)

399. THYMUS SERPYLLUM. Floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis, (utrinque punctis impreſſis, calyce lineis coloratis, labium inferius purpura maculatum. Varietates: majus, minus.) (G.) Zorn pl. med. ic. t. 17. Serpyllum, officin.

In locis arenoſis apricis Pargelovii, et ſuperiori regione Nevae fluvii tanta in copia creſcit, ut ripae ejus editiores et praeruptae pene ex toto hac planta veſtiantur. Floret Iulio. ♃ Богородская трава. Russ. Тимíянъ ползучій. Sobol.

400. THYMUS ACINOS. Floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis ſubramoſis, foliis acutis ſerratis. (Caules decumbenti-erecti, foliis ſubhorizontalibus, verticillis dimidiatis, paleis et folio ſingulo ſuffultis; ex ſtrumoſus ſtriis undecim, corolla caerulea tubo longiſſimo.) (G.) Bulliard. herb. Franc. t. 318.

Habitat in montoſis et locis editioribus arenoſis Pargelovii, in monte Pulcovo, et circa Strelinam, ad pagum Colodeci, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Тимíянъ остролистый. Russ. Sobol.

Digitized by Google

SCUTELLARIA. Calyx ore ſub integro, poſt floreſcentiam clauſo, operculato. (Labium ſuperius concavum trifidum, lacinula media concava; inferius emarginatum. Calyx galeam criſta et operculo repreſentat.)

401. SCUTELLARIA GALERICULATA. Foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus, (caulibus geniculatis, purpureis, floribus gemellis, caeruleis ſubſeſſilibus, fauce villoſa: labium ſuperius ſegmentis criſpato-reflexis, inferius aggeribus albis, antherae fiſſura barbata.) (G.) Fl. dan. t. 637. Variat: floribus albis.

In ſylvis humidis declivibus et foſſis ſtagnorumque ripis nec non circa paludes paſſim. Floret Iulio. ♃ Щитовка шлемовная. Russ. Sobol.

PRUNELLA. Filamenta bifurca, altero apice antherifera. Stigma bifidum. (Stylo ſpiraliter convoluto. Calyx auricularis.)

402. PRUNELLA VULGARIS. Foliis omnibus ovato-oblongis ſerratis petiolatis, calycibus labio ſuperiore truncato ſubtridentato, (bracteis cordatis.) Blaczw. herb. t. 24. Prunella, s. Brunella, officin. Variat, flore albo.

In pratis ſiccis apricis, inſulae apothecariae aliarumque, et paſſim vulgaris planta eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Черноголовъ простый. Russ. Sobol.

## ANGIOSPERMIA.

RHINANTHUS. Calyx quadrifidus inflatus. Capſula bilocularis, obtuſa, compreſſa. Semina pauca. Antherae bifidae hirſutae. Corolla perſonata.

Digitized by Google

403. RHINANTHUS CRISTAGALLI. Corollis labio ſuperiori compreſſo, breviori, calycibus glabris. (Foliis inter flores latioribus, admodum variantibus, latioribus, anguſtioribus, prout ramoſa vel non, caule ſerpentario in geniculis ſtriis nigris; galea ochroleuca, ſegmentis caeruleis; piſtillo barba flava, glandula nectarifera ad baſin germinis.) (G.) Bulliard herb. Franc. t. 125. Varietas, β minor anguſtifolius, flore ſaturate luteo. (Sob.)

In pratis frequens. Var. β occurrit circa Ligovam et Strelinam, atque in monte Poclonnaja. Floret Iunio. ⊙ Пѣтушій гребень, ſive копѣечникъ. Russ. Копѣечникъ гребенчатый. Sobol.

EUPHRASIA. Calyx quadrifidus, cylidricus. Antherae inferiores altero lobo baſi ſpinoſae. Capſula bilocularis, ovato-oblonga. Semina pauca deorſum incumbentia. (Corolla perſonata.)

404. EUPHRASIA OFFICINALIS. Foliis ovatis lineatis, argute dentatis. (Foliis oppoſitis, floribus axillaribus minimis albis, ſecundis; ſtaminibus incluſis, lacinia intermedia macula flava.) (G.) Flor. dan. t. 1037. Euphraſia, offic.

Creſcit ubique in pratis ſiccis copioſiſſime, uti in inſulis apothecaria, lapidea, baſileenſi, et paſſim. In humidioribus et ſylvoſis, caule ramoſiore foliis ſerratis majoribus nitidis occurrit. Floret Iulio, Auguſto. ⊙ Очная помощь. Russ. Глазница аптекарская. Sob.

405. EUPHRASIA ODONTITES. Foliis linearibus: omnibus ſerratis. (Caules atropurpurei; fo-



Digitized by Google

lia triſte viridia, floralia ſerrata; flores ſpicati pallide rubentes, calyx laciniis coloratis; labio ſuperiori hirſuto, inferiori trilobo; lobo medio minimo, omnibus erectis ciliatis. Euphraſiis caeteris non ſimilis.) (G.) Flor. dan. t. 655.

Habitat in pratis arenoſis ſiccis, et paſcuis circa fabricam pyriam Ochtenſem, Ligovam, Craſnoſelium et paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ⊙ Глазница зубная. Russ. Sob.

MELAMPYRUM. Calyx quadrifidus. Corollae labium ſuperius compreſſum, margine replicato. Capſula bilocularis compreſſa, obliqua, hinc dehiſcens. Semina ſolitaria gibba duo. (Corolla perſonata vel ringens.)

406. MELAMPYRUM NEMOROSUM. Floribus ſecundis lateralibus: bracteis dentatis, ſummis coloratis ſterilibus, calycibus lanatis. (Foliis ovatis, interdum ſagittatis, ciliato-aſperis; bracteae caeruleo-violaceae inferne lanatae, flore axillari uno, luteſcente.) (G.) Flor. dan. t. 305.

In pratis et nemoribus praeſertim inſulae apothecariae, lapideae et Catharinhofii et paſſim in betuletis. Floret Iunio, Iulio, et Auguſto. ⊙ Иванъ да марья. Russ. Огнецвѣтникъ дубровный. Sobol.

407. MELAMPYRUM PRATENSE. Floribus ſecundis lateralibus, foliorum conjugationibus remotis, corollis clauſis; (foliis lanceolatis horizontalibus. Flores in pedunculis binatis lutei, calyce maculis purpureis, galea margine non reflexo. Os clauſum variat.) (G.) Gaertn. de fr. et ſem. cent. 4. t. 53. f. 1.

Digitized by Google

Creſcit in inſulis apothecaria et lapidea et paſſim in pratis ſylvoſis. Floret Iunio, Iulio. ⨀ Огнецвѣтникъ луговый. Russ. Sobol.

408. MELAMPYRUM SYLVATICUM. Floribus ſecundis lateralibus, foliorum conjugationibus remotis, corollis hiantibus. (Flores minores, toti flavi. (F.) Flor. dan. t. 145.

Habitat in ſylvis et nemoribus amoeniſſimis circa Sarſkoje ſelo, et Gatczinam, in monte Duderovo, et ad Fabricam pyriam Ochtenſem. Floret Iulio. ⨀ Огнецвѣтникъ лѣсный. Russ. Sobol.

LATHRAEA. Calyx quadripartitus aut quinquepartitus. Glandula depreſſa ad angulum alterum germinis. Capſula unilocularis: receptaculis fungoſis lateralibus, ſeu calyce patente veſtita. (Corolla perſonata.)

409. LATHRAEA SQUAMARIA. Caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis, labio inferiore trifido. (Squamae florales caulinis fere majores, ex albido coloratae, villoſae uniflorae, caeruleo-purpuraſcentes, nutantes. Calyce quinquefido coralloideo, colorato, labio inferiore trifido, apice ſphacelato. Antherae piloſae.) (G.) Flor. dan. t. 136.

Habitat in monte Pulcovo, et Duderovo ſatis frequens, atque in Oſinova Roſchcza; amat ſyſvas umbroſiſſimas, ſemper humidas et partem montis ſeptentrionalem, inter ſurculos arborum putreſentes et folia. Floret Majo, Iunio. ♃ петровъ крестъ. Russ.

PEDICULARIS. Calyx quinquefidus. Corolla perſonata, labio ſuperiore compreſſo. Capſula bilo-

Digitized by Google

cularis, mucronata, obliqua. Semina pauca tunicata, hilo receptaculo affixa. (Variat calycis ore bifido.)

410. PEDICULARIS PALUSTRIS. Caule ramoſo, calycibus criſtatis calloſo-punctatis, corollis labio obliquis. (Calycibus bifidis aut quadrifidis ſaepius, corollae ex albo-rubentis labium ſuperius utrinque denticulis; folia pinnato-ſerrata.) (G.) Flor. dan. t. 225.

Creſcit ubivis in paluſtribus. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Вшивая трава. Russ. Вшивица болотная. Sobol.

411. PEDICULARIS SCEPTRUM COROLINUM. Caule ſimplici, floribus terno-verticillatis, corollis clauſis, calycibus criſtatis, capſulis regularibus. (Caulis bipedalis ſpecioſiſſimus. Corollae clauſae luteae ore ſanguineo. Variat, caule ramoſo floribus ſparſis; foliis inferioribus ternis, ſuperioribus binis. In varietate rami caulis nonnunquam faſtigium attingunt.) (G.) Flor. dan. t. 26.

Naſcitur in ſylvis humidis ſuperiorum regionum Newae fluvii perquam copioſe, tum circa pagum Murino, et inter Sarſcoje ſelo et urbem Gatczinam. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Скипетрь каролинскій. Russ. Sob.

ANTIRRHINUM. Calyx quinquepartitus. Corolla baſi gibba aut calcarata. Capſula bilocularis polyſperma, apice in lacinulas reflexas dehiſcens. (Corollae labium ſuperius bifidum, inferius trifidum, palato ſaepiſſime prominente.)

Digitized by Google

412. ANTIRRHINUM CYMBALARIA. Foliis cordatis quinquelobis, caulibus procumbentibus, (pedunculis axillaribus ſolitariis, floribus violaceis. Variat: floribus albis. (St.) Curtis Flor. Londin. t. 55.

Habitat in muro arcis Petropolitanae. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Жабрей. R. Львиноустъ стелистый. Russ. Sobol.

413. ANTIRRHINUM MINUS. Foliis plurimis alternis lanceolatis obtuſis, caule ramoſiſſimo diffuſo, (plus minusve diffuſo; foliis dorſo purpuraſcentibus, ſobcarnoſis, inferioribus oppoſitis, ſaepius reflexis; floribus axillaribus exiguis, violaceo rubroque albidis, calcare brevi.) (Sob. R.) Flor. dan. t. 502.

Habitat in glareoſis, et cultis, uti inter ſegetes Craſnoſelii, et Ligovi, atque Petropoli in hortis oleraceis. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Львиноустъ меньшій. Russ. Sobol.

414. ANTIRRHINUM LINARIA. Foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis, (calyce ochroleuco luteoque variis, calcare longo.) (G.) Knorr del. hort. 2. t. L. 6. *a*. Eadem monſtroſa, floribus ſummis naturalibus, inferioribus degeneribus. Peloria. Linaria, officinarum.

Habitat in arvis ſiccis et ruderatis, ad vias et inter ſegetes, uti Pargelovii, Ligovi, Catharinhoſii, et in hortis cultis Petropoli. Floret Iunio, Iulio. Auguſto. ♃ Дикой ленъ. Russ. Львиноустъ льняный. Sobol.

Digitized by Google

SCROPHULARIA. Calyx quinquefidus. Corolla quinpuepartita, tubo globoſo, lacinia infima reflexa. Capſula bilocularis: diſſepimento duplicato. (Labium inferius intus ſquamula acceſſoria acuta, labium ſuperius lacinia intermedia ad tubum reflexa. Corolla reſupinata.)

415. SCROPHULARIA NODOSA. Foliis cordatis trinervatis, caule obtuſengulo. (Foliis obſolete cordatis, vix trinervatis, ſerratis, petiolatis, erecto-patentibus, caule nudo, pedunculis ſubalatis in panicula terminali; bracteis exiguis laciniatis; corolla ſordide purpurea, labio inferiori rotundato, deflexo, capſula inflexa, ut duplex videretur.) (G.) Blackw. herb t. 87. Scrophularia, officin.

In ſylvis humidis aquoſis Catharinhoffi et inſularum apothecariae, lapideae, et ad rudera domorum atque in hortis oleraceis ſaepius occurrit. Floret Iunio, Iulio. ♃ Норычникъ. ſive Собачья голова. Russ. Норыч-никъ узлокоренный. Sobol.

LINNAEA. Calyx duplex: fructus tetraphyllus; floris quinquepartitus ſuperus. Corolla campanulata. Bacca ſicca trilocularis.

416. LINNAEA BOREALIS. (Calyx fructus tetraphyllus: foliolis duobus minoribus, magis acutis, rubellis. Caule repente foliis oppoſitis ovatis, pedunculis erectis apice nudis bifloris, floribus ſubrubentibus.) (G.) Flor. dan. t. 3.

Habitat in ſylvis umbroſis et muſcoſis, uti Peterhoffi, Strelinae, et Petropoli in inſula Baſileenſi frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♄ Линнея сѣверная. Russ. Sobol.

Digitized by Google

LIMOSELLA. Calyx quinquefidus. Corolla quinquefida aequalis. Stamina per paria approximata. Germen biliocularc. Capſula ſubunilocularis, bivalvis, polyſperma.

417. LIMOSELLA AQUATICA. Foliis lanceolatis, (longe petiolatis, parum carnoſis; ſcapi in fine flore uno muſcoſo. Calyce maculis purpureis, ſaepiſſimae bifido, corolla laciniis albis purpuraſcentibus; filamenta longitudine potius aequalia, antherae ſubrotundae nigrae, villo cum ſtigmate globoſo conjuctae, dein per paria ſe removent.) (G.) Flor. dan. t. 69.

Ad ripas fluvii Siſtae et in locis vere inundatis circa Ligovo et Goreloy cabac magna copia creſcit. Floret Iulio, Auguſto. ⊙ et ♃ Грязница водяная. Rnss. Sobol.

OROBANCHE. Calyx ſubbifidus. Corolla ringens. Glandula ſub baſi germinis. Capſula unilocnlaris, bivalvis, polyſperma. (Calyx interdum quinquefidus, variat. Stigma obcordatum, tuberculo flavo.)

418. OROBANCHE MAJOR. Caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus ſubexſertis. (Squamis caulinis laxis piloſis emarcidis, ſpica denſa floribus ex albo flaveſcentibus, ferrugineis, atropurpureisve, polline albo conſperſis, calyce trifido lacinia media longiore.) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 232. Orobanche, officin.

Habitat in montoſis, et pratis ſiccis editioribus, uti circa Craſnoje ſelo, montem Duderovium, urbem Gatczinam et pagum Colodetzi. Floret

Iunio, Iulio. Paraſitica. Заразиха, ſive Львиный хвостъ. Russ. Заразиха солнечная. Sobol.

# CLASSIS XV.

## TETRADYNAMIA

### I. SILICULOSA.

MYAGRUM. Silicula ſtylo rigido conico terminata, bibalvis; loculis quibusdam ſaepe vacuis.

419. MYAGRUM SATIVUM. Siliculis obovatis pedunculatis polyſpermis, (Foliis ſcabris ſagittatis leviter dentatis, flore luteo exiguo, ſilicula obcordata tumente.) (R. B. Sob.) Lindern flor. als. t. s.

Habitat inter ſegetes ad viam Sarſcoſelienſem et in regione Wiburgenſi. Floret Iunio. ⊙ Рѣзь ſive рѣзуха. Russ. Рѣзуха сѣяльная. Sobol.

420. MYAGRUM PANICULATUM. Siliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugoſis. (Foliis ſagittatis. Floribus luteis. Semine rotundo unico.) (G.) Flor. dan. t. 204.

Ad ductum aquarum ladogenſium, tum in agris et arvis circa Ligovam, et inſulis apothecaria, et lapidea ad ſaepes frequens eſt. Рѣзуха вѣточная. Russ. Sobol.

SUBULARIA. Silicula integra, ovata: valvis ovatis, concavis, diſſepimento contrariis. Stylus ſilicula brevior.

Digitized by Google

421. SUBULARIA AQUATICA. Foliis teretiuſculis. (Caules tenuiſſimi nudi, foliis radicalibus pene breviores, ſaepiſſime ramoſi.) (G.) Flor. dan. t. 53.

In ripis humidis et uliginoſis Nevae fluvii paſſim copioſeque provenit, et circa Ligovam in foſſis et aquoſis, aliisque in locis ſimilibus frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Шильница водяная. Russ. Sobol.

DRABA. Silicula integra, ovali-oblonga, valvis planiuſculis (membranaceis) diſſepimento parallelis. Stylus nullus.

422. DRABA VERNA. Scapis nudis, foliis ſubſerratis, hirſutis. (Petalis bifidis.) (G.) Elor. dan. t. 983.

Habitat circa noſocomium maritimum, et paſſim in locis ſabuloſis ſterilibus. Floret Aprili, Majo. ⊙ Быльникъ весенный. Russ. Sobol.

LEPIDIUM. Silicula, cordata, emarginata, compreſſa, polyſperma; valvis acute carinatis; diſſepipimento lanceolato, contrario.

423. LEPIDIUM RUDERALE. Floribus diandris, apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis, rameris linearibus integerrimis. (Silicula emarginata; floribus vix conſpicuis flavis, paſſim et tetrandris.) (G.) Flor. dan. t. 184.

Ad vias plateasque et ruderata ubique creſcit copioſiſſime. Floret Majo, Iunio. ⊙ Дикой кресъ. Russ.

Digitized by Google

THLASPI. Silicula emarginata, obcordata, polyſperma, valvis navicularibus, marginato-carinatis, alato- marginatis.

424. THLASPI ARVENSE. Siliculis orbiculatis, foliis oblongis, dentatis, glabris. (Silicula latiſſima.) (G.) Flor. dan. t. 793.

Habitat in arvis et in hortis cultis paſſim. Floret Majo, Iunio. ⊙ Ярутка. ſive Комелекъ. Russ. Ярутка полевая. Sobol.

425. THLASPI BURSA PASTORIS. Siliculis obcordatis, triangulis, compreſſis, valvis dorſo nudis obtuſis, foliis radicalibus pinnatifidis. Varietas *α*. foliis omnibus pinnatifidis. *β* Foliis radicalibus longe petiolatis ovatis integerrimis, caule aphyllo. *γ*. Foliis longe petiolatis integerrimis caule folioſo. (G.) Flor. dau. t. 729. Burſa paſtoris, officin.

In hortis oleraceis et circa domos et ſepes vulgatiſſima planta eſt. Floret, a menſe Aprili ad Septembrem. ⊙ Пастушья сумка. Russ.

ALYSSUM. Filamenta quaedam introrſum dente notata. Corolla aequalis. Silicula ſubgloboſa leviter emarginata, compreſſula, ſtylo coronata.

426. ALYSSUM INCANUM. Caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymboſis, petalis bifidis,(albis), ſiliculis ovatis. Nunc Moenchia. (G.)

Habitat circa urbem Gatczinam, et in monte Pulcovo, circa Sarſcoje ſelo, ad margines agrorum, in ſiccis arenoſis, et Petropoli in horto Nobilium Cadetorum terreſtrium ſpontaneo. Floret Iunio,

Digitized by Google

Iulio. ♃ et ♂ Торица. ſive икотная трава. Russ. икотка сѣдая. Sobol.

LUNARIA. Silicula integra elliptica, compreſſo-plana; diſſepimento valvis parallelo, aequali, plano. Stylo brevi. Semina compreſſa marginata.

427. LUNARIA REDIVIVA. Siliculis oblongis, foliis alternis, (cordatis. Radix perennis.) (G.) Gaertn. de fr. et ſem. pl. Cent. 9. t. 142. f. 1.

Ad Lugam fluvium inter pagos Curovitza et Novaja in ſylvis magna copia occurrit. Floret Iunio, Iulio. ♃ Мѣсячникъ. ſive лунная трава. Russ. Мѣсячникъ иноголѣтній. Sobol.

## SILIQUOSA.

CARDAMINE. Siliqua longa, cylindraceo-compreſſa, bilocularis, bivalvis, valvulis elaſtice dehiſcentibus ſpiraliter (ſurſum) revolutis. Calyx ſubhians. Stigma obtuſo-capitatum, integrum. (Stamina ſaepius quatuor longiora tantum. Petala ſaepius abortiva.)

428. CARDAMINE PRATENSIS. Foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis lanceolatis. (G.) Curt. fl. Londin. t. 175. Variat. flore albo, et flore pleno, purpureo.

In pratis humidis inſulae apothecariae et lapideae et paſſim frequens eſt. Floret Majo, Iunio. ♃ Кресъ луговой. Russ. Robol.

429. CARDAMINE AMARA. Foliis pinnatis, axillis ſtoloniferis. (Caule flexuoſo, foliis glabris.

Digitized by Google

Stolones in plantis defloratis tantum.) (G.) Curtis flor. Londin. t. 158.

Habitat in aquis et ad ductus aquarum, uti in ſylvis inſulae apothecariae, et lapideae. Floret Majo, Iunio. ♃ Кресъ горькiй. Sobol.

SISYMBRIUM. Petala unguibus minimis. Siliqua incurvula, gibba, teres, valvulis dehiſcendo rectiuſculis, diſſepimento paulo brevioribus. Calyx patens. Corolla patens.

430. SISYMBRIUM NASTURTIUM. Siliquis declinatis, foliis pinnatis; foliolis ſubcordatis. (G.) Flor. dan. t. 990. Naſturtium aquaticum, officinarum.

Habitat ad rivulos fluentes, et fontes circa officinam pyriam Ochtenſem, ad Goreloy cabac, et paſſim. Floret Iunio. ♂ Брунъ кресъ. Russ. Кресъ водяный. Sobol.

431. SISYMBRIUM SYLVESTRE. Siliquis declinatis, oblongo ovatis, foliis pinnatis, foliolis lanceolato-ſerratis. (Caule ramoſiſſimo, floribus parvis flavis.) (G.) Curtis flor. Londin. t. 153.

In humidis, paluſtribus et ad foſſas paſſim. Floret Iunio. ♃ Гулявикъ. ſive гулявникъ. Russ. гулявникъ лѣсный. Sob.

432. SISYMBRIUM AMPHIBIUM. Siliquis declinatis, oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ſerratis, petalis calyce majoribus. (Folia calycina et petala flava) (G.) Tabernam. Kraeuterb. p. 408. Variat foliis ſimplicibus et pinnatis.

In ripis inundatis Nevae fluvii, et in aquis lente fluentibus et paludoſis circa pagum Zapolje. Flo-

Digitized by Google

ret Majo, Iunio. ♃ Гулявникъ водоземный. Ruſs. Sobol.

433. SISYMBRIUM SOPHIA. Petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis. (G.) Flor. dan. t. 528. Sophia, officin.

Creſcit ubique in arvis, aggeribus, ad vias et ſepes. Floret Majo, Iunio. ⊙ Гулявникъ. ſive мудрость лѣкарская. Ruſs. Sobol.

ERYSIMUM. Siliqua longa linearis, ſtricta, erecte tetragona, bilocularis, bivalvis. Calyx clauſus. Stigma capitatum.

434. ERYSIMUM OFFICINALE. Siliquis ſpicae adpreſſis, foliis runcinatis, (extremo lobo triangulo dentato, calycum apicibus coloratis, ſiliqua villoſa, longitudinaliter ſtriata.) (Flor. dan. 560. Eryſimum officin.

Habitat in arvis, ad vias et in ruderatis ſiccis inſulae baſilenſis et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Горчица полевая. ſive Свирѣпка. Ruſs. Свирѣпка аптекарская. Sobol.

435. ERYSIMUM BARBAREA. Siliquis obſolete tetragonis, foliis lyratis extimo ſubrotundo, (carnoſo, ſplendido.) (G.) Flor. dan. t. 985.

Habitat in quantitate ad foſſas viae Sarſcolienſis, et in pratis humidis paſſim. Floret Majo, Iunio. ♃ Варварка. Ruſs. Sobol.

436. ERYSIMUM CHEIRANTHOIDES. Caule ramoſiſſimo, foliis integris lanceolatis, oblique repando-dentatis, patulis. (Foliis radicalibus emarcidis, roſmarinoidibus. Caules ramoſi ex nigro

Digitized by Google

maculati, planta exſucca. Siliquae a ſcapo racemi diſtantes.) (G.) Flor. dan. t. 923.

Ad agrorum margines et inter ſegetes frequenter occurrit, atque petropoli in cultis, et hortis paſſim. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Свирѣпка рукоцвѣтная. Russ. Sobol.

ARABIS. Nectaria quatuor, ſingulum ex ſquamula intra fundum folioli calycini reflexa. Siliqua longa, compreſſa, linearis, apice integra, capitata. (Calyx ſuperne patens; ſiliqua lata; petala limbo ampliſſimo, patulo.)

437. ARABIS THALIANA. Foliis petiolatis lanceolatis integerrimis ſubdenticulatis, ad exortum ramorum caulinis ſeſſilibus. Corolla nivea ad faucem ſubflaveſcens.) (G.) Flor. dan. t. 1195.

Creſcit in hortis oleracis Petropoli et ad pagos circa viam Schlüſſenburgenſem. Floret Majo. ⊙ Арапская горчица. Russ. Sobol.

TURRITIS. Petala erecta (in hac claſſi anguſtiſſima.) Siliqua omnium longiſſima, ſtricta, tetragona, (interdum pendula.) Calyx connivens erectus.

438. TURRITIS GLABRA. Foliis radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis integerrimis, amplexicaulibus glabris.) Braſſicae fere habitus; petalis albidis, foliis cichoraceis.) (G.) Flor. dan. t. 809.

Habitat in pratis ſiccis montoſis, ſylvoſis Pargelovii, et circa Catherinhoffium, aliisque in locis ſimilibus. Floret Iunio, Iulio. ♂ Бешенница гладкая. Russ. Sobol.

Digitized by Google

439. TURRITIS HIRSUTA. Foliis omnibus hiſpidis; caulinis amplexicaulibus. (Foliis caulinis ſeſſilibus , acutiuſculis, ſubſagittatis , integerrimis, dentato-ciliatis , ſiliquis erectis linearibus compreſſis , petalis niveis maximis, calycibus apice ſaepius ſphacelatis, glandula triloba inter ſtamina longiora et calycem , ſimilis Arabidibus. Pili in foliis furcati, in caule ſimplices.) (R. Sobol.) Flor. dan. t. 1040.

Habitat in paſcuis montoſis, ſylvoſis Craſnoſelii, et paſſim circa Petropolim. Floret Majo , Iunio. ♂ Бешенница шершавая. Russ. Sobol.

BRASSICA. Calyx erectus connivens. Siliqua utrinque depreſſa, longa, valvulis diſſepimento apice tereti brevioribus. Glandulae quatuor, inter ſtamina longiora et calycem, una utrinque. Semina globoſa.

440. BRASSICA CAMPESTRIS. Radice cauleque tenui, foliis caulinis uniformibus cordatis ſeſſilibus. Radicalibus lyratis, ſubhiſpidis. Variat, flore albo, et luteo. (G.) Flor. dan. t. 550.

Inter ſegetes et ad ſepes hortorum oleraceorum frequens eſt. Floret Iunio. ⊙ Капуста полевая. Russ. Sobol.

441. BRASSICA NAPUS. Radice cauleſcente fuſiformi. (G.) Blackw. herb. t. 224.

Habitat in agris circa Pargelovium et Oſinova Roſchcza, nec non ad rudera domorum et ſepes hortorum. Floret Majo, Iunio. ♂ Рѣпа дикая. Russ.

SINAPIS. Calyx patens. Petala unguibus erectis linearibus. Glandulae quatuor inter ſtamen bre-

vius et piſtillum, utrinque unica, et inter ſtamina longiora et calycem. Siliqua toroſa inferne, ſcabra, roſtrata; diſſepimento valvulis duplo ſaege longiore. (Glandulae? Cornu ſiliquae biſidum.)

442. SINAPIS ARVENSIS. Siliquis multangulis, toroſo-turgidis, roſtro ancipiti longioribus. (Foliis inciſo-ſerratis, floribus luteis, cornu brevi. (Sob. B.) Flor. dan. t. 753.

Habitat in agris et inter ſegetes circa urbem Jamburgum, Boeber, circa montem Pulcovum, Pargelovii. Sobol. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Горчица полевая. Russ. Sobol.

RAPHANUS. Calyx clauſus erectus, (ſetoſus.) Siliqua toroſa, ſubarticulata, teres cum acumine. Glandulae nectariferae quatuor, unica utrinque inter ſtamen breve et piſtillum, unica inter ſtamina longiora et calycem. (Flos fere Heſperidum habitu.)

443. RAPHANUS RAPHANISTRUM. Siliquis teretibus articulatis laevibus unilocularibus, (ſaepius intortis. Calyce colorato hiſpido, glandula nulla. Hirſuta aſpera planta; caulis retrorſum hiſpidus, folia inferiora runcinata; fructus diſcedens ſecundum articulos. Variat flore albo et luteo.) (Sob.) Curtis flor. Londin. t. 267.

Habitat inter ſegetes Pargelovii et in agris paſſim. Floret Majo, Iunio, Iulio. ⊙ Редька полевая. Russ. Sobol.

---

Digitized by Google

# CLASSIS XVI.

# MONADELPHIA

# DECANDRIA.

GERANIUM. Calix quinquepartitus. Corolla pentapetala. Piſtillum unum. Stigmata quinque. Staminum urceolus decempartitus. Receptaculum commune roſtratum, cauda longiſſima tortili longitudinaliter interne dehiſcente. Cocculi quinque.

444. GERANIUM CICUTARIUM. Caule remoſo proſtrato, foliis pinnatis, pinnulis ſubovatis, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris. (Glandulis nigris inodorum.) (G.) Curtis flor. Londin. t. 53.

In pratis Oſinovae Roſchczae aliisque, tum ad vias et plateas atque in hortis oleraceis frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Журавлиный носъ. ſive Журавлинникъ омиговый. Russ. Sobol.

445. GERANIUM SYLVATICUM. Pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis inciſo-ſerratis quinquelobis, caule etecto ſubtetragono, petalis emarginatis, (lineis tribus purpureis. Folia pilis adpreſſis gaudent, ſubtus pallida venis flexuoſis. Petala baſi ſubhirſuta. Pedunculi breves piloſi. Arilli hirſuti, annulo elevato.) (R. Sob.) Flor. dan. t. 124.



Digitized by Google

Habitat circa Petropolim, in ſylvis montoſis ad fabricam pyriam Ochtenſem, Pargelovii, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Журавлиникъ лѣсный. Russ. Sobol.

446. GERANIUM PALUSTRE. Foliis quinquelobis inciſis caule que herbaceo villoſis, pedunculis bifloris oppoſitis longiſſimis declinatis, petalis integris. (Rami divaricatiſſimi, bifariam angulati, angulis obtuſis. Foliis rugoſis ſubtus, cum petalis dilute rubris lineis tribus fuſcis, baſi villis albis.) (G.) Flor. dan. t. 596.

Habitat in ſylvis humidis et ripis Nevae fluvii; circa inſulam lapideam, et inſulam crucis, alibique in locis ſimilibns paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Журавлинникъ болотный. Russ. Sobol.

447. GERANIUM PRATENSE. Pedunculis bifloris, caule herbaceo erecto, foliis oppoſitis ſubpeltatis multipartitis rugoſis, lobis pinnatis acutis, petalis integris. (Totum hirſutum; petioli ra. dicales longi. Corolla magna violacea.) (G.) Curts flor. Londin. t. 250.

In pratis ſylvoſis circa fabricam pyriam Ochtenſem, in monte Poclonnaja et ad viam Peterhoffianam et Strelinam frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Журавлинникъ луговый. Russ. Sob.

448. GERANIUM ROBERTIANUM. Pedunculis bifloris, foliis ternatis pinnatis inciſis, calycibus piloſis decemangulatis. (Odor hircoſus.) (R. Sob.) Flor. dan. t. 694. Geranium robertianum, offic.

Habitat in rupibus umbroſis circa Pargelovium, et Strelinam. Floret Iunio, Iulio. ♂ Журавлинникъ робертіанскій. Russ. Sobol.

449. GERANIUM LUCIDUM. Pedunculis bifloris, caule herbaceo, foliis oppoſitis piloſis quinquelobis rotundatis, calycibus pyramidatis transverſe elevato-rugoſis. (G.) Flor. dan. t. 213.
Creſcit circa Novogrodium. Gorter. Et circa pagum Colodeci, atque urbem Gatczinam. Sob. Floret Majo, Iunio. ⊙ Журавлинникъ свѣтлый. Russ. Sobol.

450. GERANIUM COLUMBINUM. Caule procumbente, foliis oppoſitis palmatis angulatis, laciniis pinnatis glabris, calycibus ariſtatis, pedunculis ſolitariis, foliis longioribus. (Sob.) Cavanill. diſſ. 4. t. 82. f. 1.

Habitat in hortis oleraceis, uti in horto imperiali vulgo Italico dicto, et in regione Peterburgenſi, atque in aliis, paſſim. Floret Majo, Iunio. ⊙ Журавлинникъ голубиный. Russ. Sobol.

451. GERANIUM ROTUNDIFOLIUM. Pedunculis bifloris, caule proſtrato, foliis oppoſitis inferioribus ſubrotundis ſemiquinquepartitis, ſuperioribus ſubcuneatis; petalis integerrimis calyce paulum longioribus. ( Arillis laevibus piloſis ſeminibus reticulatis.) (Sob.) Regn. bot. t. 214.

Habitat in agris circa montem Duderovum, et Craſnoſelium, atque Petropoli in hortis oleraceis. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Журавлинникъ круглолистый. Russ. Sobol.

## POLYANDRIA.

MALVA. Perianthium duplex, exterius triphyllum, interius monophyllum ſemiquinquefidum. Petala quinque. Capſulae numero ſtigmatum, octo aut

Digitized by Google

plures, monoſpermae, unilocularis, rarius biloculares aut diſpermae in verticillum diſpoſitae.

452. MALVA ROTUNDIFOLIA. Caule proſtrato, foliis cordato-orbiculatis plicatis, obſolete quinquelobis ſeptemlobisque, pedunculis uno aut tribus fructiferis declinatis. (G.) Flor. dan. t. 721. Malva, officin.

Creſcit iu ruderatis, ad vias et ſepes hortorum, uti in regione peterburgenſi, in regimento Semenowſky et Iſmaylowſky, circa noſocomium maritimum, et ed fluvium Lugam. Floret tota aeſtate. ⊙ Просвирки, ſive калачики. Russ. Присвирничка круглолистая. Sobol.

453. MALVA VERTICILLATA. Caule erecto, foliis angulatis, floribus axillaribus glomeratis ſeſſilibus, calycibus ſcabris. (Sob.) Iacq. hotr. vind. t. 40.

Creſcit copioſe in horto Imperiali italico dicto, et in hortis oleraceis circa Regimentum Preobrazſchensky, ſpontanea. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Просвирничка цвѣтоколесная. Russ. Sobol.

454. MALVA CRISPA. Caule erecto, foliis angulatis criſpis, floribus axillaribus glomeratis. (R.) Cavanill. diſſ. 2. t. 23. f. 1.

Habitat circa P.tropolim, in ruderatis. Floret Iulio. ⊙ Просвирничка кудрявая. Russ. Sobol.

Digitized by Google

# CLASSIS XVII.

# DIADELPHIA HEXANDRIA.

FUMARIA. Calyx diphyllus. Corolla ringens, fauce clauſa, (tetragona,) nectarifera, nectario ſtamina occultante. Filamenta duo membranacea, ſingula antheris tribus. Silicula unilocularis, ſubmonoſperma.

455. FUMARIA BULBOSA. Radice bulboſa, caule ſimplici, bracteis ovato-lanceolatis integerrimis flore brevioribus. (Coloratis, caulis unicus albidus diphyllus, foliis Liguſtici, trifidis, bracteis foliolis tribus, fere calycis longitudine, floribus ſubſeſſilibus, calycibus ſtipulantibus, corollis carina alata, alis lateralibus latiſſimis. Variat floribus purpuraſcentibus, et albis.) (L. Sob.) Flora dan. t. 60. Ariſtolochia cava, officin.

Habitat in ſylvis montoſis umbroſis, uti in monte Pulcovo, et Duderovo, et circa pagum Colodeci, et urbem Gatczinam, Sob. atque Petropoli in valle circa praedium Mandere, aliisque vallibus ſubhumidis; ad ripas minorum ramorum Nevae fluvii. Laxmann. Floret inter primas plantas, ad finem Aprilis, et Majo. ♃ Дымница орѣшистая. Russ. Sobol.

456. FUMARIA OFFICINALIS. Leguminibus monoſpermis racemoſis, caule diffuſo acutangulo,

foliis decompoſitis glaucis, corollis purpuraſcentibus. ( G. ) Zorn pl. officin. ic. t. 14. Fumaria, officinarum.

Habitat inter ſegetes, Pargelovii, Oſinovae Roſczae, Craſnoſelii, et ad viam Peterhoffianam, circa Strelinam, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Земный дымъ. Russ. дымница аптекарская. Sobol.

## OCTANDRIA.

POLYGALA. Calyx pentaphyllus, foliolis duobus majoribus alaeformibus, ante maturitatem ſeminis coloratis; exterioribus tribus minoribus. Corolla ſubpapilionacea, inaequalis, vexillum cylindricum. Capſula obcordata, compreſſa, bilocularis. Semina ſolitaria.

457. POLYGALA AMARA. Floribus racemoſis, Caulibus erectiusculis, foliis radicalibus obovatis majoribus. (Caulinis declinatis, ellipticis, alternis, ſeſſilibus; pedunculis calycibusque floribus caeruleis concoloribus. Caule procumbente. Amaritie mox diſtinguitur a vulgari ſimili. Folia radicalia ceſpitoſa craſſa. Flores ſemper violacei.) ( Sob. B. ) Iacq. flor. auſtr. 5. t. 412. Polygala amara, officin.

Habitat circa Petropolim. Creſcit in magna quantitate in pratis circa montem Pulcovum, et Duderovum, ad Craſnoje ſelo, et Colodeci, et paſſim in montoſis. Floret Iunio. ♃ Истодъ горкій. Russ. Sob.

458. POLYGALA VULGARIS. Floribus racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbenti-

Digitized by Google

bus, foliis lineari-lanceolatis. (Caulibus procumbenti-erectis; foliis fere buxinis; floribus alis majoribus dependentibus, vexillo bifido, variis, albis, purpureis caeruleisve, laciniis ſexdecim, aut ſeptemdecim. Capſula thlapſidea, fructu hilo trifido. (G.) Flor. dan. t. 516.

Ad ductum aquarum Ladogenſium, et ad montem Pulcovum, Duderovium, fluvium Lugam et pagum Colodeci, frequens eſt, atque in inſula lapidea occurrit. Floret Iunio, Iulio. ♃ Истодъ обыкновенный. Russ. Sobol.

## DECANDRIA.

ANTHYLLIS. Calyx ventricoſus, villoſus quinquedentatus. Legumen minimum, ſubrotundum, tectum, intra calycem.

459. ANTHYLLIS VULNERARIA. Foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato, (terminali. Caules proſtrati, ad inſidentes flores incurvati; alae carina longiores, carina roſtro longo. Folia ternata, quina, trifida ſeu quinqueſida. Variat floribus flavis et luteis, apice rubro et ſanguineo, foliisque variis.) (G.) Flor. dan. t. 988. Vulneraria, officin.

Circa oſtium Narovae fluvii in pineto, praeterea nullibi viſa. Floret Majo, Iunio. ♃ Язвенникъ. ſive сольникъ. Russ. Сольникъ ранецѣлебный. Sob.

OROBUS. Calyx baſi obtuſus, dentibus ſuperioribus duobus profundioribus, brevioribus. Stylus linearis, teres, ſupra villoſiuſculus.

Digitized by Google

460. OROBUS VERNUS. Foliis pinnatis ovatis: ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici, (purpureo quadrangulo, ſtipulis involucrantibus, pedunculis ſex floris, aut octo floris, floribus purpureis vexillo caeruleo-rubenti, plica ſingulari.) (G.) Blackw. herb. t. 208. f. 1. 2. Orobus, officin.

Habitat in ſylvis umbroſis montoſis Duderovii, Pulcovo, Oſinovae Roſchczae, circa urbem Gatcznam, pagum Colodeci, circa fabricam pyriam Ochtenſem, et in plerisque aliis ſimilibus. Floret Majo. ♃ Горногорошникъ весенній. Russ. Sob.

LATHYRUS. Calycis laciniae duae ſuperiores breviores. Stylus planus, ſupra villoſus, ſuperne latior. Legumen plurimis aequale latum longiſſimum. (Vexillum obcordatum, maximum.)

461. LATHYRUS PRATENSIS. Pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis; foliolis lanceolatis (binatis, utrinque acutis, petiolis alatis, ſtipulis duabus ad nodos ſingulos, floribus luteis, odoratis, vexillo lineis atris angulis duobus cartilagineis carinam amplexante.) (G.) (Flor. dan. t. 527.

Habitat frequens in pratis laetioribus; uti circa fabricam pyriam Ochtenſem, Catharinhoffi, et in inſulis Nevae fluvii. Floret Iunio, Iulio. ♃ Гороховникъ лировый. Russ. Sobol.

462. LATHYRUS SYLVESTRIS. Pedunculis mulfloris, cirrhis diphyllis, foliolis enſiformibus, internodiis membranaceis. (Caules trianguli, folioſo-alati, cirrhi plerumque triphylli; foliola in ſpinulam terminata; vexillum tota ora cincina-

tum, purpureum· Variat flore rubente et albido.) Flor. dan. t. 525.

Habitat in ſylvis montoſis circa Petropolim. (B.) Florrt Iunio. ♃ Гороховникъ лѣсниый. Suss. Sob.

463. LATHYRUS LATIFOLIUS. Pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. (Caules alati, alis ciliato-aculeatis; folia bina oppoſita ovato-obtuſa ſubſeneſcentia maxima. Cirrhi ſaepius triphylli. Flores roſei magni, ſubinde caeruleo-virides, carina adſcendente, intorta ſaepius.) (G.) Rivin. tetrap. t. 40.

Habitat circa montem Pulcovum, et ad fluvium lugam, atque in montoſis Duderhovii et Craſnoſaelii. Floret Iunio. ♃ Гороховникъ широколистный. Russ. Sobol.

464. LATHYRUS HETEROPHYLLUS. Pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque: foliolis lanceolatis, iuternodiis membranaceis. (B.) Hacq. it. carp. ſept. 1. 32.

Habit circa Petropolim. In vallibus et montibus Pargelovii, et Oſinovae Roſchczae (Sob.) Floret Iunio, Iulio. ♃ Гороховникъ разнолистый. Russ. Sob.

465. LATHYRUS PALUSTRIS. Pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis lanceolatis; (internodiis membranaceis; foliis auriculis calcaratis; calycis ora ciliata; carina ad angulum fere rectum adſcendente. Flores Orobi verni ſubcaerulei, pallide purpuraſcentes. (G.) Flor. dan. t. 399.

Digitized by Google

Habitat in in locis paludoſis et paſcuis humidis circa Catharinhoffium et ad viam Peterhoffianam paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Гороховникъ болотный. Russ. Sob.

VICIA. Stigma latere inferiore tranſverſe barbatum. Legumen coriaceum, longum, acumine terminatum, (multis nodoſum. Calyx ſemiquinquefidus. Stylus ad angulum rectum.)

466. VICIA SYLVATICA. Pedunculis (elongatis) multifloris foliolis ovalibus, ſtipulis denticulatis. (Floribus albentibus, lineis caeruleis.) (G.) Flor. dan. t. 277.

Habitat in ſylvis umbroſis montis Pulcovi, Duderovi, Strelinae et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Мышій горохъ лѣсный. Russ. Sob.

467. VICIA CRACCA. Pedunculis multifloris, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris, floribus imbricatis. (Caulis villis pubeſcens, foliis fere linearibus, interdum glabris, ſtipulis hirſutis tripartitis. Flores ex violaceo-purpureo-caerulei, fauce aggeribus duobus, alia carina multo longioribus carina bipede; ſiliquae ſubhirſutae longae.) Flor. dan. t. 804.

In pratis et inter ſegetes atque in hortis ubique et maxima copia. Floret Iunio, Iulio. ♃ Мышій горохъ полевый. Russ. Sob.

468. VICIA SATIVA. Leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliolis omnibus oblanceolatis retuſis emarginatis, ſtipulis dentatis, ſeminibus compreſſis. (Stipulis dentibus ariſtatis, poſtice exſuſtulatis. Calyx dentibus longiſſimis rectis

Digitized by Google

ſubaequalibus, alis purpureis. Stigma ſaepius nudum. Tota villoſula.) (G.) Flor. dan. t. 522.

Habitat inter ſegetes, et in ripa Nevae fluvii inter Kazatchiam, et Ochtam. Floret Iunio, Iulio. ☉ Мышій горохъ сѣяльный. Russ. Sob.

469. VICIA SEPIUM. Leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis: exterioribus decreſcentibus. (Coſtae auriculis ſubariſtatis, foliis ovato-obtuſis quinque aut ſex, mucrone adunco inſtructis; ſtipulae ſubtus nigro-maculatae, calycis dentes curti corollae tubo breviores; corollis albocaeruleis liveſcentibus, floribus plerumque quatuor. (G.) Flor. dan. t. 699.

Habitat ubique, in ſylvis herboſis, in pratis, inſulae Iapideae aliarumque, et ad ſaepes hortorum frequens. Floret Majo, Iunio. ♃ Мышій горохъ заборный. Russ. Sob.

470. VICIA MONANTHA. Pedunculis unifloris ariſtatis, foliolis lanceolatis obtuſis: ſtipulis bifidis. (R.) Retz. obſ. bot. 3. p. 39.

Habitat circa Petropolim. In agris circa Craſnoje ſelo, et montem Duderovium. (Sob.) Floret Iunio, Iulio. ☉ Мышій горохъ одноцвѣтный. Russ. Sobol.

ERVUM. Calyx quinquepartitus, ſubaequalis, longitudine fere corollae. (Simillimum viciae, a qua ſtigmate imberbi deffert.)

471. ERVUM TETRASPERMUM. Pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis. (Caulis infimus ſubquadrangulus, folioſus, foliis linearibus quadijugis aut qunquejugis, denticulatis, calyce

Digitized by Google

purpureo, corolla dilute caerulea, albidave, ſtamen decimum connatum ſaepius.) (G.) Curtis flor. Londin. t. 41.

Occurrit paſſim in agris, et inter ſegetes, ſed rarius quam vicia cracca. Floret Iunio. ⊙ Чечевица четыресемянная. Russ. Sob.

472. ERVUM HIRSUTUM. Pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis binis. (Caulibus proſtratis quadrangulis, utrinque ſubalatis, foliis quinque aut novem, cirrhis involutis, corolla dilute caerulea, vexillo medio denticulato, carina lateribus margine purpurea. Legumen hirſutum.) (G.) Flor. dan. t. 639.

Habitat cum vicia ſativa, tum inter ſegetes ad Goreloj cabac, et in hortis cultis. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Чечевица шершавая. Russ. Sob.

TRIFOLIUM. Flores ſubcapitati. Capſula vel Legumen vix calyce longius, non dehiſcens, deciduum. (Perianthium quinquedentatum: Stamen decimum liberum.)

473. TRIFOLIUM MELILOTUS OFFICINALIS. Capſulis racemoſis ſubdiſpermis acutis rugoſis, caule erecto. (Flores penduli racemoſi flavi, rarius albi, vexillo emarginato recedente a carina, alis convolutis divergentibus, capſulis turgidulis.) Blackw. hab. t. 80.

Ad cataractas fluvii Wolchow, praeterea nuſquam vidi. Gorter. Floret, Iulio. ⊙ Melilotus, officin. Дикой хмѣль, ſive донникъ. Russ. трилистникъ донный. Sobol.

Digitized by Google

474. TRIFOLIUM HYBRIDUM. Capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule adſcendente. (Flores primo congeſti capituliformes albi, dein patuli rubelli, tandem reflexi marcidi ferruginei evadunt.) (Sob. R.) Rivin. tetrap. t. 127. f. 3.

Habitat circa Petropolim. In pratis inſulae apothecariae et lapideae et in hortis oleraceis ſaepe occurrit, floribus odoratis gratiſſimis. Sobol. Floret Iunio, Iulio. ♃ трилистникъ подложный. Russ. Sobol.

475. TRIFOLIUM REPENS. Capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente. (Folia macula albente lambdoidea; flores albi ſubquadripetali, vexillo longiſſimo plicato, defloratis recedentibus. Folia aëre ſicco flaccida, et aëre humido erecta.) (G.) Flor. dan. t. 980.

Creſcit ubivis in pratis. Floret Majo, Iunio, Iulio. ♃ трилистникъ ползучій. Russ. Sobol.

476. TRIFOLIUM RUBENS. Spicis longis villoſis, corollis monopetalis, caule erecto, foliolis ſerrulatis. (Caules admodum folioſi foliis lanceolate-linearibus, ſpica longiſſima rubente, calycis dente imo longiſſimo; ſtipulae longiſſimae, flores purpurei. Radix ingrata amaricans.) Iacq. flor. auſtr. v. 385.

Habitat circa Petropolim. Boeber. In montoſis ſylvaticis Pargelovii. (Sob.) Floret Iunio. ☉ трилиотникъ краснѣющій. Russ. Sob.

477. TRIFOLIUN PRATENSE. Spicis globoſis ſubvilloſis cinctis, ſtipulis oppoſitis membrana-

Digitized by Google

ceis. (Caules incurvi, ſtipulae ſeſſiles ſetaceae, folia ovata integra, corolla monopetala, tubo, ut prius, ſtaminifero, ſtigmate papillis duabus, purpurea, vel ochroneuca. Flores odorati.) (G.) Blackw. herb. t. 20.

In pratis ubique frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Дятлина, ſive кашка. Russ. Трилистникъ луговый. Sob.

478. TRIFOLIUM ARVENSE. Spicis ovalibus villoſis, calycis dentibus ſetaceis villoſis aequalibus. (Caulibus erectis, mollibus, lanuginoſis, ſubdichotomis, foliis nervo in ſpinulam terminato, inciſis, ſtipulis exiguis, calycibus dentibus quinque longiſſimis, pappo pinnato; flores magni, quadripetali carnei; deflorati aurantiaci, alae intus macula ſanguinea.) (G.) Flor. dan. t. 724.

Habitat in arvis et agris montoſis, apricis uti circa Sarskoje ſelo, et Murzincam, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Заячьи лапы. Russ. Трилистникъ полевый. Sob.

479. TRIFOLIUM FRAGIFERUM. Capitulis ſubrotundis, calycibus fructiferis reflexis, labio ſuperiore inflato bidentato, caule repente. (Foliis argute ſerratis; floribus rubicundis, quadripetalis, calycibus roſeis. Flor. dan. t. 1042.

Habitat circa Petropolim. Boeber. In locis humidis circa Catharinhoffium et alibi frequens eſt. Sobol. Floret Iunio, Iulio. ♃ трилистникъ земляничный. Russ. Sobol.

480. TRIFOLIUM MONTANUM. Spicis ſubimbricatis ſubtribus: vexillis ſubulatis emarceſcen-

Digitized by Google

tibus, calycibus nudis, caule erecto. (Caules nudiuſculi, foliis lanceolatis, duris, ſtrigoſis, ſubplicatis cauleque piloſis, calycibus albis, floribus monopetalis, florentibus erectis albidis. Capitulum eſt vere Racemus coarctatus bracteis ſubulatis minimis interſtinctis.) Rivin. tetrap. t. 12.

Habitat in inſula Petri, et ad fluvium Iugam ſed rarius. Gorter. Occurrit etiam in monte Pulcovo, et circa Murzincam et Ribacziam in pratis ſylvaticis montoſis. Sob. Floret Iunio. Iulio. ♃ Трилистникъ горный. Sobol.

481. TRIFOLIUM AGRARIUM. Spicis ovalibus imbricatis; vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus ſubpubeſcentibus, ſtipulis cordatis ciliatis, foliolo impari petiolato, caule diffuſo (interdum ſubdichotomo, foliis ſerratis, capitulis oblongis, floribus quadripetalis luteis, vexillo plicatulo ſerrulato.) (G.) Flor. dan. t. 558.

Habitat in agris cultis et pratis, Pargelovii, et Ligovi, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Трилистникъ пашенный. Russ Sobol.

482. TRIFOLIUM SPADICEUM. Spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus piloſis, caule erecto. (Floribus rufeſcentibus.) Barr. pl. rar. ic. 1024.

Vulgatiſſima, in inſula praeſertim apothecaria, planta eſt, tum in monte Poclonnaja et ad viam Sarſcoſelienſem in pratis ſylvoſis humidis frequens. Vide ejus deſcriptionem in flora ingrica. Gorteri. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Дикой хмѣль. Russ. Трилистникъ красноголовый. Sobol.

Digitized by Google

483. TRIFOLIUM FLEXUOSUM. Spicis ſubgloboſis villoſis terminalibus, caule adſcendente flexuoſo ramoſiſſimo, foliolis ovato-lanceolatis ſerrulatis. (Stipulae ſtrictae inferne lineis rubellis, ad oras, ut folia maculata maculis albeſcentibus, hirſutulis; calyces decemſtriati ochroleuci ſuperne purpuraſcentes, lacinia infima longitudine corollae dilute rubentes. Roth. flor. gern. I. p. 314.

Habitat circa Petropolim. Rudolph. Ad margines ſylvarum in pratis elevatis, circa Sarſcoje ſelo. Sob. Floret Iunio, Iulio. Durationis incertae. Трилистникъ изгибистый. Russ. Sob.

LOTUS. Calyx tubuloſus. Alae ſurſum longitudinaliter conniventes. Legumen teres, ſtrictum, (multis) loculamentoſum, farctum ſeminibus inflexum. (Vexillum ungue oblongo concavo. Stigma punctum inflexum. Legumen ſaepius membranaceo-quadrangulare.)

484. LOTUS CORNICULATUS. Capitulis depreſſis decumbentibus herbaceis, leguminibus patentibus. (Caulibus purpureis, foliis oblique cordatis ſubamplexantibus, floribus umbellatis flavis, leguminibus cnneiformibus, compreſſis, maculatis. Variat flore majore luteo ſplendente, prout in udis, ſabuloſis vel in alpibus creſcit.) Curtis flor. Londin. t. 107.

Ad urbem Jamburgum inde inferiora verſus fluvii Lugae in paſcuis vulgaris eſt planta. Gorter. Occurrit. etiam in Strelinae pratis elevatis et ad littus maris arenoſum. (Sob.) Floret Iunio, Iulio. ♃ Леденецъ рожковатый. Russ. Sob.

Digitized by Google

# CLASSIS XVIII.

# POLYADELPHIA POLYANDRIA.

HYPERICUM. Calyx quinquepartitus. Petala quinque. Filamenta capillaria multa baſi in tres aut quinque phalanges connata. Stili tres, interdum unus duo, quinque; capſula loculis numero ſtylorum polyſpermis. (Petala ſecundum motum ſolis rotata.)

485. HYPERIUM QUADRANGULUM. Floribus trygynis, foliis ovatis, (trinervibus) caule quadrangulo (alato. Flores et calyces puri, vel in laciniarum margine punctati; ſtamina quindecim, folia margine reflexa.) (G.) Flor. dan. t. 640.

Habitat Pargelovii, in monte Poclonnaja et Oſinova Roſchcza, in pratis humidis ſubmontanis, uti circa Colodeci, et ad montem Pulcovium ejusque in viciniis copioſe provenit. Floret Iulio. ♃ Звѣробой четвероугольный. Russ. Sob.

486. HYPERICUM PERFORATUM. Floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido-punctatis. (Petalis oblique-truncatis crenulatis puncto atro inter crenas notatis. Variat: foliis pellucido-et obſcure punctatis, et petalis calyce minoribus acuminatis integris. Stamina viginti



Digitized by Google

unum. Antherae puncto atro. Stigmata ſanguinea. (G.) Blackw. herb. t. 15. Hypericum offic.

In inſula rotunda frequens eſt; in pratis ſylvaticis, nemoroſis inſularum apothecariae, lapideae, et in monte Poclonnaja, copioſe provenit. Floret Iunio, Iulio. ♃ Звѣробой. Russ. Звѣробой проколотый. Sobol.

487. HYPERICUM HIRSUTUM. Floribus trigynis, calycibus ſerratoglanduloſis, caule tereti erecto, foliis ovatis ſubpubeſcentibus, (pedicellatis perforatis. Petala lineolis nigris notata. Variat, foliis oppoſitis ternatis, caulibus admodum folioſis, foliis non punctatis, atroviridibus, floribus puris. (G·) Flor. dan. t. 803.

Habitat circa Petropolim in locis montoſis apricis, uti Pargelovii, et Oſinovae Roſchze. Floret Iunio, Iulio. ♃ Звѣробой мохнатый. Russ. Sobol.

# CLASSIS XIX.

## SYNGENESIA

## POLYGAMIA AEQUALIS.

SCORZONERA. Receptaculum nudum. Calyx imbricatus, cylindraceus, ſquamis quindecim margine ſcarioſis. Pappus plumoſus.

488. SCORZONERA HUMILIS. Foliis lato-lanceolatis nervoſis planis, caule ſubnudo unifloro.

Digitized by Google

(Folia glauca varia, petala linearia ſulphurea; lacteſcit lacte demum aurantiaco.) (G.) Flor. dan. t. 816.

Habitat in pratis ſylvoſis, circa fluvium Strelnaja, et in viciniis Fabricae pyriae Ochtenſis, Pargelovii, Murinae, et paſſim. Floret Majo, Iunio. ♃ ужовникъ. ſive Козелецъ. Russ. Козелецъ низкій. Sobol.

PICRIS. Receptaculum nudum. Calyx duplicatus, exterior penthaphyllus. Pappus plumoſus. Semina tranſverſim ſulcata.

489. PICRIS HIERACIOIDES. Perianthiis laxis, foliis integris, pedunculis ſquamatis in calycem. (Scapus plerumque dichotomus villis rigidus; folia radicalia dentata, ſuperiora amplexicaulia; ſemina flaveſcentia. Pedunculi in calycem usque adſperſi ſquamis ſubulatis. Tota ſcabra, ſetis furcatis obſita. Caulis uno latere purpuraſcens (G.) Sow. Engl. bot. t. 196.

Habitat ad limites agrorum et in pratis circa Sarſcoje ſelo, et Craſnoje ſelo. Floret Iunio. ♃ Горчавка сокольная. Russ. Sobol.

SONCHUS. Receptaculum nudum. Calyx imbricatus baſi ventricoſus. Pappus capillaris ſeſſilis.

490. SONCHUS PALUSTRIS. Pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi ariſtatis. (B.) Flor. dan .t. 1007.

Creſcit in paludibus et humidis circa Petropolim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Молочай болотный. Russ. Sobol.

491. SONCHUS ARVENSIS. pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi cordatis. (Calycibus villoſis, floribus maximis. (Sob. R.) Flor. dan. t. 606.

Habitat in agris et inter ſegetes circa Ligovam, Goreloj cabac, tum in hortis paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Молочай полевый. Russ. Sobol.

492. SONCHUS OLERACEUS. Pedunculis tomentoſis, calycibus glabris, umbella terminali breviore. (G.) Var. β Sonchus laevis. foliis amplexicaulibus laciniatis latioribus calycibus laevibus. (Sob.) Flor. dan. t. 682.

Var. γ Sonchus aſper. Foliis amplexicaulibus rigidiusculis integris aut ſemipinnatis, petiolo foliaceo ſerrato, pinnis triangularibus ſerratis. (Sob.) Flor. dan. t. 843.

In ruderatis et hortis oleraceis paſſim. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Молочай огородный. Russ. Sobol.

493. SONCHUS SIBIRICUS. Pedunculis ſquamatis, foliis lanceolatis indiviſis ſeſſilibus. Flores caerulei. (G.) Kniph. bot. orig. cent. 10. n. 82.

Habitat in ſuperiori regione Nevae fluvii in utraque ejus ripa locis humidis umbroſis, et in plurimis hortis oleraceis atque ad ſepes hortorum inſulae baſileenſis. Floret Iulio, Auguſto. ♃ молочай сибирскій. Sobol.

LEONTODON. Receptaculum nudum punctatum. Calyx imbricatus, ſquamis interioribus linearibus linearibus parallelis, exterioribus tandem reflexis. Pappus capillaris ſtipitatus.

Digitized by Google

494. LEONTODON TARAXACUM. Calyce ſquamis inferne reflexis, foliis runcinatis denticulatis laevibus. (G.) dan. Flor. t. 574. (Pappus ſtipitatus plumoſis: Taraxacum officinale. nonnullorum.) Taraxacum, officin.

Creſcit ubivis in pratis et ad vias. Floret Majo, Iunio. ♃ Хасимъ, попово гуменцо. et одуванчики. Russ. Одуванчикъ аптекарскій. Sob.

495. LEONTODON AUTUMNALE. Caule ramoſo, pedunculis ſquamoſis, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris, pappo ſubſeſſili. (Foliis lanceolato-pinnatifidis: pinnis patentibus linearibus longiſſimis. Variat foliis minus inciſis.- (Sob. B.) Flor. dan. t. 501. Apargia autumnalis.

Habitat in pratis agrisque incultis et ad vias ubique. Floret. Iulio, Auguſto. ♃ Одуванчикъ осенній. Sob.

496. LEONTODON HISPIDUM. Calyce toto erecto, folis dentatis integerrimis hiſpidis: ſetis furcatis. (Variat foliis ſinuatis, ſubruncinatis, piloſis ſcabris. Scapus ſurſum incraſſatus calyx que pilis rigidis hiſpida.) (G.) Flor. dan. t. 862. Apargia hiſpida. Variet. Foliis glaberrimis.

Habitat in pratis ſylvaticis prope fluvium et vicum Strelina, in paſcuis ſuperiorum regionum Nevae fluvii, in monte Duderovo, ad pagum Colodeci, et Oſinova Roſchcza ſatis in magna copia cum ſua varietate. Floret Iunio, Iulio. ♃ Одуванчикъ шершавый. Russ. Sobol.

HIERACIUM. Receptaculum nudum, ut plurimum. Calyx imbricatus, ovatus, ſquamis pluribus li-

nearibus valde inaequalibus, interdum calyculatus. Pappus ut plurimum ſeſſilis capillaris, rarius ſtipitatus plumoſus ve.

497. HIERACIUM PILOSELLA. Foliis integerrimis ovatis ſubtus tomentoſis, ſtolonibus repentibus, ſcapo unifloro. (Stolonibus piloſis, corolla extus ſubrubella. Variat ſcapo trifloro vel multifloro, foliis tomentoſis ſubtus ſcabris, dentatis et integerrimis.) (G.) Elor. dan. t. 1108. Auricula muris, officin.

Nihil vulgatius hac planta in paſcuis et pratis ſylvoſis ſiccis, praeſertim in inſulis Nevae fluvii. Floret Majo, Iunio. ♃ мытье ушко. Russ. Сокольникъ волосатый. Sob.

498. HIERACIUM DUBIUM. Foliis integris ovato-oblongis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro. (Caulis hirtus. Folia hirta, praeſertim ſubtus.) (Sob. B.) Flor. dan. t. 1044.

Habitat in ſylvis ſiccioribus inſulae apothacariae lapideae et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Сокольникъ сумнительный. Russ. Sobol.

499. HIERACIUM AURICULA. Foliis integerrimis lanceolatis, ſtolonibus repentibus ſcapo nudo multifloro. (Amodum variat, caule interdum et foliis hirtis.) (Sob. B.) Flor. dan. t. 1109.

Habitat in pratis aridis montoſis Pargelovii, in monte Poclonnaja, ad Fabricam pyriam Ochtenſem et paſſim in locis ſimilibus. Floret Iunio, Iulio. ♃ Сокольникъ ушковатый. Russ. Sob.

500. HIERACIUM CYMOSUM. Foliis lanceolatis integris piloſis, ſcapo ſubnudo baſi piloſo, flori-

Digitized by Google

bus ſubumbellatis. (Caules ſtriati, calyces incani hirſuti. Lacteſcit.) (Sob. B.) (Habitus procerus. Scapus bipedalis deorſum villoſus. Folia radicalia plura obſolete dentata baſi villoſa.) Flor. dan. t. 810.

Habitat in monte Poclonnaja, Pargelovii, aliisque in locis elevatis ſiccis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Сокольникъ верхоцвѣтный. Russ. Sob.

501. HIERACIUM PRAEMORSUM. Foliis ovatis ſubdentatis, ſcapo ramoſo, floribus ſuperioribus prioribus- (G.) Gmelin. flor. ſib. 2. t. 13. f. 2. Flor. dan. t. 942.

Habitat in pratis juxta viam Peterhovianam, et circa Ligovo, Goreloy cabac atque Pargelovii. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Сокольникъ коротко-корній. Russ. Sobol.

502. HIERACIUM AURANTIACUM. Foliis integris, caule ſubnudo ſimpliciſſimo piloſo corymbifero. (Floribus aurantiacis amplis, odore violarum, calycibus pilis atris; foliis pilis rigidulis incanis.) (R.) Iacq. fl. auſtr. v. 5. t. 410.

Habitat in montoſis ſylvaticis circa Petropolim parcius. Floret Iunio, Iulio. ♃ Сокольникъ помаранцовый. Russ. Sobol.

503. HIERACIUM MURORUM. Caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis dentatis petiolatis; caulinis minoribus. (G.) Blackw. herb. t. 538.

Habitat paſſim in ſylvis ſiccioribus montoſis. Floret Iulio. ♃ Сокольникъ стѣнный. Russ. Sob.

504. HIERACIUM PALUDOSUM. Caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, ca-

Digitized by Google

lycibus hiſpidis, (pilis nigris, floribus parvis) (G.) Flor. dan. t. 928.

Habitat in pratis humidis ſylvoſis inſulae apothecariae, lapideae, Caterinhoffii, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Сокольникъ болотный. Russ. Sobol.

505. HIERACIUM SABAUDUM. Caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis ſemiamplexicaulibus. (Caulis ſulcatus ſcaber. Rami axillares foliosi multiflori. Folia ovato-lanceolata, ſinuata. Flores corymboſi.) (B.) Flor. dan. t. 872.

Habitat in pratis ſylvoſis ſiccis circa Petropolim. Floret Iulio. ♃ Сокольникъ савойскій. Russ. Sobol.

506. HIERACIUM UMBELLATUM. Foliis linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. (Calyx ſquarroſus. Caulis laeviſſimus. Folia floralia ſub umbella ſpuria quatuor inaequalia. Flos centralis ſtrictus ceteris major.) (G.) Flor. dan. t. 680.

Habitat in ſylvis ſuperiorum regionum Nevae fluvii, ad Fabricum pyriam Ochtenſem, et ad viam Sarſcoſelienſem nec non Pargelovii frequens eſt. Floret Iulio. ♃ Сокольникъ щитоцвѣтный. Russ. Sobol.

CREPIS. Receptaculum nudum. Calyx calyculatus, exterior deciduus. Pappus capillaris ſtipitatus, (plumoſus, Gmel. S. N.)

507. CREPIS TECTORUM. Foliis lanceolato-runcinatis ſeſſilibus laevibus, inferioribus dentatis.

(Caule laevi. Folia interdum ſcabra; ſquamae calycis apice ſphacelatae duodecim aut tridecim; caulis ut plurimum ſulcatus.) (G.) Flor. dan. t. 501.

Habitat in monte Duderovo, et circa Craſnoje ſelo, atque in aridis ad pagum Murina. Floret Iulio. ⊙ Скрипуха кровельная. Russ. Sob.

508. CREPIS BIENNIS. Foliis runcinato pinnatifidis ſcabris: baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. (Caulis tripedalis, ſubramoſus hinc inde ſcaber. Folia ſubtus piloſa. Calyx pilis glanduliferis nigreſcentibus obtectus: ſquamulae patulae glabrae.) (G.) Bauh. hiſt. pl. 2. p. 10. 25. ic. Variat foliis omnibus fere integris; vel ſuperioribus integris, inferioribus pinnatifidis et dentatis. (G.)

Ad vias et in agris incultis freqnens eſt. Floret. Iulio. ♂ Скрипуха двулѣтняя. Russ. Sob.

HYPOCHAERIS. Receptaculum paleaceum. Calyx ſubimbricatus, baſi ventricoſus. Pappus plumoſus ſtipitatus.

509. HYPOCHAERIS MACULATA. Caule ſubnudo: ramo ſolitario, foliis ovato-oblongis integris dentatis, (flore magno: hirſutie incana, ſemina rugoſa, foliis maculis rubris.) (G.) Fl. dan. t. 149.

Habitat in pratis elatioribus ſylvoſis ad fluvium Strelnaja, in montoſis Duderovi, Craſnoſelii et ad viam Wiburgenſem, Pargelovii, aliisque in locis ſimilibus. Floret Iunio. ♃ Ястребная трава. Russ. Ястребка пятнистая. Sobol.

Digitized by Google

510. HYPOCHAERIS RADICATA. Caule ramoſo nudo laevi, foliis runcinatis optuſis ſcabris, pedunculis ſquamoſis. (Calycum ſquamulae carina ciliata, ſpinuloſae, pappus ſetis triginta.) (G.) Flor. dan. t. 150.

Habitat in pratis et ſylvis, circa Caterinhoffium in monte Poclonnaja et ad viam Peterhoffianam. Floret Iunio, Iulio. ♃ Ястребка коренастая. Russ. Sob.

LAPSANA. Receptaculum nudum. Calyx calyculatus, ovatus, angulatus, ſquamis tubi octo linearibus, cavo-canalicalatis, carinatis, baſeos ſex, alternis minimis. Pappus nullus.

511. LAPSANA COMMUNIS. Calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. (Foliis pinnatifidis, ſegmento ultimo ovato ſinuato dentato, inferioribus lyratis planis; floſculis octodecim ant viginti duobus.) (G.) Flor. dan. t. 500.

Habitat in cultis et ad rudera domorum frequens. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Бородавочная трава. Russ. Бородавчица обыкновенная. Sob.

CICHORIUM. Receptaculum ſubpaleaceum. Calyx calyculatis, iterior ſquamis octo, exterior quinque. Pappus ſubquinquedentatus obſolete piloſus.

512. CICHORIUM INTYBUS. Floribus geminis ſeſſilibus, foliis runcinatis, (ſquamis calycinis octo longioribus, quinque brevioribus, floribus caeruleis.) (G.) Flor. dan. t. 907. Cichorium, officin.

Digitized by Google

Habitat ad margines agrorum circa Ribacziam, et in ſuperiori regione Nevae fluvii, in prato vero juxta hortum Palatii imperialis aeſtivi omnes plantae nunc deſtructae ſunt. Floret. Iunio, Iulio. ♃ Цихорій дикій. Russ.

ARCTIUM. Calyx globoſus, ſquamis apice hamis inflexis.

513. ARCTIUM LAPPA. Filiis cordatis inermibus petiolatis, capitulis tomentoſis. (G.) Flor. dan. t. 642. Bardana, officin. Variet. β Arctium glabrum, foliis cordatis inermibus, calycibus glabris primo conicis, demum haemiſphaericis. (Sob.) Schkuhr Handb. 49. t. 227.

Habitat α, in locis cultis et ruderatis ubique. Var. β in meridionali regione Nevae fluvii; prope vicum Uljankam, et ad ſepes hortorum. Sob. Floret Iulio, Auguſto. ♂ Лопушникъ ſive Репейникъ. Russ.

SERRATULA. Calyx ſubcylindricus, imbricatus, muticus; ſquamis lanceolatis acutis.

514. SERRATULA TINCTORIA. Foliis lyratopinnatifidis; pinna terminali maxima, floſculis conformibus. (Folia ciliata; calycis ſquamae margine albidae.) Variat foliis integris. (Sob. R.) Flor. dan. t. 281.

Habitat in pratis ſylvoſis circa pagum Ochtam et prope ejus Eccleſiam, atque in viciniis Sarſkoſelii et montis Pulcovi. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Серпуха. Russ. Серпуха красильная. Sob.

515. SERRATULA. ARVENSIS. Foliis dentatis ſpinoſis, (lanceolatis; floribus purpuraſcentibus.

Digitized by Google

Variat foliis glabriuſculis, ſubtus albido-tomentoſis.) (G.) Flor. dan. t. 644.

Habitat in ſylvis ad ripas Nevae fluvii et inter ſegetes Pargelovii, prope Ligovo et Creſnoy cabac et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Серпуха полевая. Ruſs. Sobol.

CARDUUS. Calyx ventricoſus, imbricatus, ſquamis numeroſis ſpinoſis. Receptaculum piloſum. Pappus ſeſſilis piloſus.

516. CARDUUS LANCEOLATUS. Foliis decurrentibus pinnatifidis hiſpidis: laciniis divaricatis, lanceolatis calycibus ovatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. (Flore purpureo.) (G.) Tabern. Kraeuterb. p. 699. ic.

Habitat ad ſepes et ad ductus aquarum ubique. Floret Iulio, Auguſto. ♂ Колючка копьелистая. Ruſs. Sob.

517. CARDUUS CRISPUS. Foliis decurrentibus ſinuatis margine ſpinoſis, floribus aggregatis terminalibus; ſquamis calycis inermibus ſubariſtatis patulis. (Caulis ramoſiſſimus divaricatus, flores nutantes.) (G.) Flor. dan. t. 621.

Ad ſepes hortorum et ad vias paſſim. Floret Iunio, Iulio. ☉. Колючка кудрявая. Ruſs. Sob.

518. CARDUUS PALUSTRIS. foliis decurrentibus dentatis margine ſpinoſis, floribus racemoſis erectis, pedunculis inermibus. (Folia linearia ſpinoſiſſima, caule alto ut plurimum ſimplici criſpo, floribus conglomeratis ſubverticillatis terminalibus rubris, calycis ſquamis viſcoſis rubentibus.) (G.) Moriſs. hiſt. pl. 3. t. 32. 13.

Digitized by Google

Habitat in ſylvis paludoſis circa Murinam, Strelinam, Caterinhoffii, et in multis aliis locis ſimilibus. Floret Iulio. ♃ Колючка болотная Russ. Sob.

519. CARDUUS HETEROPHYLLUS. Foliis amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris laciniatisque, caule ſubunifloro, calyce inermi, (foliis inaequaliter ſpinuloſo-ciliatis, ſubtus niveis totomentoſis, caule ſub trifloro. Caulis niveo obductus tomento.) (G.) Flor. dan. t. 109.

In ripa fluvii Nevae circa Caterinhoffium, in inſulis lapidea rotundaque et ubique in pratis humidis ſylvoſis frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ колючка разнолистая. Russ. Sob.

520. CARDUUS TATARICUS. Foliis amplexicaulibus lanceolatis ſerraturis ſpinoſo - ſetaceis, floribus triphyllis. (Flores odorati albidi antheris principio purpureis, dein fuſcis. Calyces externe villis arachnoideis.) (Sob.) Iacq. flor. auſtr. s. t. 90.

Habitat in monte Pulcovo, tum in ſylvis humidis inter Sarſcoje ſelo, Gatczinam, et Montem Duderovium. Floret Iunio, Iulio. ♃ колючка татарская. Russ. Sob.

CNICUS. Calyx ovatus, imbricatus, ſquamis ramoſo-ſpinoſis, (ſaepe) obvallatus bracteis. Corollulae aequales. Receptaculum planum villoſum, pappo ſeſſili plumoſo.

521. CNICUS OLERACEUS. Foliis amplexicaulibus pinnatifidis glabris, bracteis concavis integris ſubcoloratis. (Flores ochroleuci, calycibus

Digitized by Google

inermibus, inter folia flavicantia.) (G.) Flor. dan. tab. 860.

Creſcit in ſylvis ſubhumidis et in hortis oleraraceis paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Осотъ, ſive осетъ. Russ. Осотъ кухонный Sob.

CARLINA. Calyx radiatus imbricatus, ſquamis marginalibus longis coloratis. Receptaculum paleis ternis fiſſis.

522. CARLINA VULGARIS. Caule multifloro corymboſo, floribus terminalibus, calycum radio albo. (Caule folioſo.) (G.)

Habitat in locis ſiccioribus elevatis paſſim, praeſertim circa montem Duderovium, et Craſnoje Selo. Floret Iulio, Auguſto. ♂ Пуховникъ Russ. Пуховникъ обыкновенный. Sob.

BIDENS. Receptaculum paleaceum, paleis deciduis. Pappus ariſtis duabus pluribus ve duabus majoribus erectis ſcabris. Calyx imbricatus. Corolla rarius floſculo uno altero ve radiante inſtructa.

523. BIDENS TRIPARTITA. Foliis trifidis, calycibus ſubfolioſis, ſeminibus erectis. (Foliis trilobatis et quinque lobatis ſerratis.) (G.) Knorr del. hort. 2. t. B. 1. f. 2.

In paludibus inſulae apothecariae et paſſim ad ductus aquarum circa vias freqnentiſſima planta eſt. Floret Iunio, Iulio. ⊙ двузубецъ. Russ. двузубецъ трилистный. Sob.

524. BIDENS MINIMA. Foliis lanceolatis integerrimis ſeſſilibus, flore recto ſolitario baſi involucrato bracteis duabus, radice repente. (Radix repens, filiformis articulata. Folia plerumque ci

liata hinc inde ſubdentata. Flos erectus baſi tantum bracteis duabus, rariſſime tribus ſuffultus.) (B.) Flor. dan. t. 312.

Habitat in locis uliginoſis circa urbem Jamburgum. Floret Iunio, Iulio. ☉ Двузубецъ малѣйшій. Russ. Sob.

525. BIDENS CERNUA. Foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis, ſeminibus erectis. (Flore luteo, radicibns nudis.) (G. Flor. dan. t. 841.

Habitat in paludibus circa Ceterinhoffium ad ripas Nevae fluvii et in inſulis apothecaria lapidea et Baſileenſii alibique ſed in minori quantitate quam B. tripartita. Floret Iunio, Iulio. ☉ Двузубецъ кривоцвѣтный. Russ. Sob.

EUPATORIUM. Receptaculum nudum. Pappus plumoſus. Calyx inbricatus oblongus, ſquamis linearibus. Stylus ad ſtamina usque bifidus longiſſimus.

526. EUPATORIUM CANNABINUM. Calycibus quinquefloris, foliis digitatis, (Squamae calycinae oris rubellis.) (G.) Flor. dan. t. 745. Eupatorium, officin.

In inſula Narovae fluvii, quae ſupra cataractas freques eſt, alias nullibi viſa. Floret Iulio. ☉ конопельникъ, ſive посконникъ Russ. Благо родникъ конопельный. Sob.

## POLYGAMIA SUPEPERFLUA.

TANACETUM. Receptaculum nudum. Pappus nullus, vel membranaceus ſubmarginatus. Calyx

Digitized by Google

imbricatus haemiſphaericus. Corollae radii obſoletae, trifidae, lineari ligulatae, interdum nullae.

527. TANACETUN VULGARE. Foliis bipinnatis inciſo ſerratis. (Radius calidiore aeſtate prodit.) (G.) Flor. dan. t. 871. Tanacetum, officin.

Habitat in ſylvis montoſis, ad fabricam pyriam Ochtenſem, Pargelovii, in monte Pulcovo, in inſulis apothecaria, lapidea, petri, Baſileenſi et paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Дикая рябинка, ſive пижма. Russ. Пижма обыкновенная. Sob.

Variet. β Tanacetum vulgare foliis criſpis.

Creſcit in quantitate Petropoli in hortis cultis, oleraceis, et in ſylvis circa Strelinam. Floret eodem tempore. ♃ Пижма кудрявая. Russ. Sob.

ARTEMISIA. Receptaculum ſubvilloſum vel nudiuſculum. Pappus nullus. Calyx imbricatus: ſquamis rotundatis conniventibus. Corollae radii nullae.

528. ARTEMISIA CAMPESTRIS. Foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis. (Floſculi racemoſi alterni, ſolitarii, ultra quadraginta in calyce.) (G.)

Habitat in pratis ſiccioribus, in monte Poclonnaja, Pulcovo, circa fabricam pyriam Ochtenſem, et paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Чернобыльникъ полевый. Russ. Sob.

Variet. β Artemiſ. Camp. Caule foliisque atro rubris. (Sob.) Creſcit ad viam Pargelovienſem in

Digitized by Google

tis ſiccioribus. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Чернобыльникъ полевый темнокрасный. Sob.

529. ARTEMISIA ABSINTHIUM. Foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis pendulis, receptaculo villoſo.) (G.) Knorr. del. hort. 2. t. A. 17. Abſinthium, officin.

Habitat circa pagos montis Duderovii et Craſnoſelium, et circa urbem Staraja Ladoga frequens. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Полынь, ſive Глистникъ. Russ.

530. ARTEMISIA VULGARIS. Foliis pinnatifidis planis inciſis, ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus recurvatis, floribus radio quinquefloro. (Floribus rubellis, duodecim in calyce.) (G.) Blackw. herb. t. 431. Artemiſia, officin. (Variat caule ſuſco purpureo.) Sob.

Habitat in ruderatis et cultis, circa ſepes hortorum et in hortis oleraceis ubique frequentiſſima planta eſt. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Чернобыльникъ, Russ. Чернобыльникъ обыкновенный. Sob.

GNAPHALIUM. Receptaculum nudum. Pappus plumoſus vel capillaris. Calyx rotundatus imbricatus: ſquamis marginalibus rotundatis, ſcarioſis, coloratis.

531. GNAPHALIUM DIOICUM. Sarmentis procumbentibus, caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici, floribus dioicis. (Foeminae calycibus rubellis. Variat folio longiore incano, flore albo ſvave-rubente purpureove. Pappi radii plurimi baſi ſetacei, apice penicillato-plumoſi.) (G.)



Digitized by Google

Gaertn. de fruct. 2. p. 410. t. 167. f. 3. Gnaphalium, officin.

Habitat in inſulis apothecaria, lapidea, et ubique in pratis ſiccioribus. Floret Majo, Iunio. ♃ Кошечья лапа, ſive Змѣевикъ. Ruſs. Змѣевикъ двудомный. Sob.

532. GNAPHALIUM ALPINUM. Sarmentis procumbentibus, caule ſimpliciſſimo, capitulo aphyllo, floribus oblongis, (denſe ſpicatis; foliis linearibus, villoſulis.) (G.) Flor. dan. t. 332.

Habitat in montoſis circa Novogrodium. Floret Iulio. ♃ Змѣевикъ горный. Ruſs. Sob.

533. GNAPHALIUM SYLVATICUM. Caule ſimpliciſſimo erecto, floribus ſparſis. (Pedunculis axillaribus multifloris, foliis lanceolato-linearibus ſemiamplexicaulibus.) (G.) Flor. dan. t. 254.

Habitat in ſylvis, circa cemeterium ſti. Iohannis, in inſulis apothecaria, lapidea et paſſim ad ductus aquarum. Floret Iulio. ♂ Змѣевикъ лѣсный. Ruſs. Sob.

534. GNAPHALIUM ULIGINOSUM. Caule ramoſo diffuſo, f[o]ribus confertis terminalibus. (Calycibus fuſco ſpadiceis, aridis, laxis.) (G.) Flor. dan. t. 859.

Habitat in locit uliginoſis humidis apricis, et paſſim in hortis oleraceis. Floret Iunio, Iulio. ☉ Змѣевикъ болотный. Ruſs. Sob.

CONYZA. Receptaculum nudum, planum. Pappus capillaris. Calyx imbricatus ſubrotundus, ſquamis exterioribus patentiuſculis. Corollae radii trifidae.

Digitized by Google

535. CONYZA SQUARROSA. Foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboſo, calycibus ſquarroſis. (Folia fere verbaſci.) (vid. deſcript. Gubern. Petropol. Georgi.) Flor. dan. t. 622.

Habitat in pratis ſiccis gramineis circa Petropolim rarius. Floret Iunio, Iulio. ♂ Богатница. Russ. Богатница чешуйчатая. Sobol.

ERIGERON. Receptaculum nudum. Pappus capillaris. Calyx oblongus ſquamis ſubulatis. Corollae radii lineares anguſtiſſimae.

536. ERIGERON CANADENSE. Foliis lanceolatis ciliatis, caule floribusque paniculatis hirtis. (R.) Hoffmann bot. Taſchenb. 1791. t. 12.

Habitat circa Petropolim in agris cultis, rarius. Floret Iunio. Iulio. ☉ Блошница канадійская. Russ. Sob.

537. ERIGERON ACRE. Pedunculis alternis unifloris. (Flore caeruleo.) (G.) Iungh. pl. officin. ic. t. 12. Erigeron, officin.

Habitat in pratis ſiccis ſylvoſis et montoſis, in inſulis apothecaria, lapidea, in monte Poclonnaja, et paſſim in locis ſimilibus. Floret Iunio. ♃ Блошница ѣдкая. Russ. Sob.

TUSSILAGO. Receptahulum nudum. Pappus capillaris. Calyx ſquamis quindecim aut viginti aequalibus, diſcum aequantibus, ſubmembranaceis.

538. TUSSILAGO FARFARA. Scapo unifloro imbricato, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. (G.) Flor. dan. t. 595. Farfara, offlcin.

Digitized by Google

Habitat in locis editioribus argilloſis humidis in utraque ripa Nevae fluvii circa Ochtam, et Fabricam Porcellaneam, in monte Pulcovo, et Strelina et paſſim. Floret Aprili, Majo. ♃ Бѣлокопытникъ, ſive мать да мачиха. Russ.

539. TUSSILAGO PETASITES. Thyrſo ovato, floſculis faemineis nudis paucis. (Floſculi faeminei inter hermaphroditos duo ſive tres, vix petaloidei, ligulati, albi. Piſtillis exſertis clavatis.) (G.) Flor. dan. t. 842. Petaſites, officin.

Habitat ad fluvium Lugam infra pagum Howskaja. Floret Aprili, Majo. ♃ Подбѣлъ, ſive Чумный корень. Russ.

SENECIO. Receptaculum nudum. Pappus capillaris longus. Calyx conicus, calyculatus, ſquamis parallelis apice ſphacelatis, paucioribus baſin imbricatim tegentibus.

540. SENECIO VULGARIS. Corollis nudis foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, floribus ſparſis. (Squamae omnes ſphacelatae, calycis laciniae vero non omnes. Folia plana glabra.) (G.) Flor. dan. t. 515. Senecio, officin.

Creſcit ubique in cultis et ruderatis. Floret a Majo, ad Octobrem. ⊙ Старина обыкновенная. Russ. Sob.

541. SENECIO IACOBAEA. Corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto. (Flores lutei.) (G.) Flor. dan. t. 945.

Habitat ad ductum agrarum Ladogenſem et in declivibus et pratis humidis ſylvoſis Oſinovae

Digitized by Google

Roſchczae, et Dranicinae. Floret Iunio, Iulio. ♃ Старина яковля. Ruſs. Sob.

542. SENECIO PALUDOSUS. Corollis radiantibus, foliis enſiformibus acute ſerratis ſubtus villoſis, caule ſtricto. (Foliis viſcidulis ſemiamplexicaulibus floribus luteis.) (G.) Flor. dan. t. 385.

Habitat ad ductum aquarum Ladogenſem in paludoſis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Старина болотная. Ruſs. Sob.

543. SENECIO SARRACENICUS. Corollis radiantibus, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis, floribus corymboſis. (Foliis anguſte confertis, corollulis luteis ſubfoetentibus, radii floſculis octo. Radix amaricans, longiſſima, late reptans fibras numeroſas emittens, hinc caules plures angulati glabri veſtiti foliis anguſtis confertis. Corymbus foliis ſuperioribus vix altior: ramis plerumque villoſis.) (G.) Iacq. Flor. auſt. 2. t. 186.

Habitat circa Oſtium Narovae fluvii in ſalicto. Floret Iulio, Auguſto ♃ Старина сарацинская. Ruſs. Sob.

SOLIDAGO. Receptaculum nudum. Pappus capillaris. Corollae radii circiter quinque, remotae. Calyx ſquamis imbricatis anguſtis conniventibus.

544. SOLIDAGO VIRGAUREA. Calyce erecto tereti pubeſcente ſuperne ramoſo, racemis erectis foliis inferioribus ellipticis ſerratis. (Floſculi in radiis quinque aut decem.) (G.) Flor. dan. t. 663. Virga aurea. officin.

Creſcit in ſylvis et paſcuis paſſim. Floret Iulio. ♃ Золотушникъ, ſive Золотая розга, Ruſs.

**CINERARIA.** Receptaculum nudum. Pappus capillaris. Calyx ſimplex polyphyllus, foliolis aequalibus.

545. CINERARIA SIBIRICA. Racemo ſimplici, foliis cordatis obtuſis denticulatis laevibus, caule ſimpliciſſimo monophyllo. (Bracteae duae, emarceſcentes.) (Sob. B.) Amman. ruth. t. 24.

Habitat circa urbem Gatczinam et in monte Duderovo. Floret Iulio. ♃ Пепельникъ сибирскій. Russ. Sob.

546. CINERARIA GLAUCA. Racemo ſimplici, foliis ſpathulatocordatis integerrimis, caule ſimpliciſſimo. (Folia colore crambes maritimae, ſubcarnoſa, glauca, petiolis marginato-ſpathulatis.) (Sob. R.) Gmelin. Flor. ſib. t. 74.

Habitat in monte Duderovo et circa pagum colodeci in ſylvis montoſis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Пепельникъ сизый. Russ. Sob.

**INULA.** Receptaculum nudum. Pappus capillaris. Antherae baſi in ſetas duas deſinentes.

547. INULA HELENIUM. Foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. (G.) Flor. dan. t. 728. Enula, officin.

Habitat ubique in hortis et ad ſaepes hortorum ſpontanea. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Девясилъ, Russ. ſive девясилъ большій.

548. INULA DYSENTERICA. Foliis amplexicaulibus cordato-oblongis, caule villoſo paniculato,

Digitized by Google

calycis ſquamis ſetaceis, (floribus ſubcorymboſis.) (G.) Flor. dan. t. 410.

Habitat ad foſſas et canales inſularum baſileenſis, et lapideae, nec non ad vias prore. Noſocomium pedeſtre, et in aliis locis humidis. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Девясилъ меншій. Russ.

549. INULA SALICINA. Foliis lanceolatis recurvis ſerrato-ſcabris, ramis angulatis, floribus inferioribus altioribus, (ſquamarum calycinarum ordine inferiori rufeſcente erecto, foliis villoſis.) (G.) Flor. dan. t. 786.

Habitat in pratis ſiccioribus herboſis et ſylvoſis in monte Duderovo, et circa Gatczinam. Floret Iulio. ♃ Девясилъ верболистый. Russ. Sob.

CHRYSANTHEMUM. Receptaculum nudum convexum, punctatum. Pappus marginatus, vel nullus. Calyx hemiſphaericus imbricatus: ſquamis marginalibus membranaceis, intimis terminatis ſquama ſcarioſa. Semina coronata.

550. CHRYSANTHEMUM LEUCANTHEMUM. Foliis amplexicaulibus oblongis ſuperne ſerratis inferne dentatis. (Germina floſculorum decagona, ſtylis croceis.) (G.) Blackw. herb. t. 42.

In pratis ſiccioribus frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Ивановъ цвѣтъ. Russ.

551. CHRYSANTHEMUM INODORUM. Foliis pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. (Semina quadrangularia marginata, latere tranſverſim ſulcata. Pedunculi nudi apice inprimis ſulcati. Petioli deorſum latiuſcnli. Receptaculo conico to-

Digitized by Google

to nudo et ſquamis margine nigricantibus, nec non odoris defectu ab Anthemide arvenſi et Cotula etc, facile dignoſcitur.) (R. B.) Flor. dan. t. 896.

Habitat in ſylvis montoſis circa Petropolim rarius. Floret Iulio. ☉ Ивановъ цвѣтъ бездушный. Russ. Sob.

552. CHRYSANTHEMUM SEGETUM. Foliis amplexicaulibus: ſuperne laciniatis, inferne dentato-ſerratis. (Sob. R. B.) Flor. dan. t. 995.

Habitat inter ſegetes et ad margines agrorum. circa Ligovo et Craſnoje ſelo. Floret Iunio, Iulio. ☉ Ивановъ цвѣтъ нивяный, ſive полевый. Russ. Sob.

MATRICARIA. Receptaculum nudum, convexum. Pappus nullus. Calyx haemiſphaericus imbricatus: ſquamis marginalibus ſolidis, acutiuſculis, non ſcarioſis.

554. MATRICARIA PARTHENIUM. Foliis compoſitis planis: foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. (Sob. B.) Flor. dan. t. 674. Matricaria officin.

Habitat circa Petropolim et in ipſa urbe ad ſepes hortorum et in hortis oleraceis, atque in ruderatis. Floret Iunio, Iulio. ♂ Маточная трава. Russ. Маточница. Sob.

554. MATRICARIA CHAMOMILLA. Receptaculis conicis, radiis patentibus, ſquamis calycis margine aequalibus. (Tota glaberrima dilute viridis. Foliis pinnatis, pinnis capillaribus multifidis. Calyx margine ſcarioſus, floſculis viginti aut vigintiduobus. Receptaculum acute conicum. Semina ſtriata.) (G.) Zorn pl. officin. ic. 139. Chamomilla vulgaris, officin.

Digitized by Google

Ad ductus aquarum in locis arenoſis, et agris deſertis, nec non inter ſegetes circa Ribacziam, et Ligovo, atque in hortis oleraceis et ruderatis in urbe Petropoli frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ☉ Ромашка простая. Russ.

ANTHEMIS. Receptaculum paleaceum, conicum. Pappus nnllus. Calyx haemiſphaericus, ſubaequalis. Floſculi radii plures quam quinque.

555. ANTHEMIS ARVENSIS. Receptaculis conicis: paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. (Foliis duplicato-pinnatis, caule ſtriato, radio diſcolore ſive albo.) (Sob. B.) Kniph. bot. orig. cent. 11. n. 5.

Habitat in pratis ſiccis argilloſis et inter ſegetes circa Ligovo, Goreloy cabac, et Oſinova Roſchcza. Floret Iulio, Auguſto. ♂ Пупавка полевая. Russ. Sob.

556. ANTHEMIS COTULA. Receptaculis conicis: paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. (Foliis duplicato-pinnatis glabris pinnulis linearibus, nervo foliaceo: caulibus diffuſis, radio albo; Semine laevi. Odore foetido.) (Sob.) Blackw. herb t. 67. Cotula foetida, officin.

Creſcit in regionis petropolitanae hortis oleraceis, et ubique ad pagos et vias in locis ruderatis et inter ſegetes. Floret Iunio, Iulio. ☉ Собачья ромашка. Russ. Пупавка вонючая. Sob.

557. ANTHEMIS PYRETHRUM. Caulibus ſimplicibus, foliis pinnato-multifidis. (Radio albo; foliis glabris, imis petiolatis palmatis, ad caulem ſemipinnatis. Facies matricariae, ſed flos ſpecio-

Digitized by Google

ſior, diſco luteo, radiis albis nervoſis, plerumque bidentatis.) (G.) Mill. hort. angl. t. 38. Pyrethrum, officin.

Habitat ad fluvium Wolchow, in pratis circa pagum Czortovo. Floret Iunio, Iulio. ♃ Огневица ſive Пупавка огневая. Russ. Sob.

558. ANTHEMIS TINCTORIA. Radio flavo, concolore, foliis bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. (Foliorum laciniis linearibus, floribus pedunculatis, luteis.) (G.) Flor. dan. t. 741.

Habitat in montoſis aſperis ſylvaticis et agris, circa pagum Oſtrowki, ad vias Ligovi, Craſnoſelii et in monte Duderovo, nec non Pargelovii, aliisque in locis ſimilibus. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Пупавка красильняя. Russ. Sob.

ACHILLEA. Receptaculum paleaceum, elevatum. Pappus nullus. Calyx ovatus imbricatus, ſquamis conniventibus ovatis. Floſculi radii quinque aut decem.

559. ACHILLEA PTARMICA. Foliis lineari-lanceolatis amplexicaulibus ſerrulatis. (Flore albo.) (G.) Flor. dan. t. 643. Ptarmica, officin.

In ſylvis et ad margines agrorum nuſquam hoſpes eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Чихотная трава. Russ.

560. ACHILLEA MILLEFOLIUM. Foliis bipinnatis nudis, pinnarum laciniis linearibus dentatis, caulibus ſuperne ſulcatis. (Variat flore albo et rubro.) (G.) Flor. dan. t. 737. Millefolium, officin.

Digitized by Google

In locis ſiccioribus et ad vias paſſim occurrit. Floret Iunio, Iulio. ♃ Гулявица, ſive деревей. Russ. Variet. β flore rubro, in montoſis Pargelovii, et Oſinovae Roſchczae, Peterhovii et in Oranienbaum, atque Strelina copioſe provenit. (Sob.)

## POLYGAMIA FRUSTRANEA.

COREOPSIS. Geceptaculum paleacem. Semina cincta margine membranaceo, apice bicorni aut quadricorni. Calyx erectus polyphyllus; exterior foliolis ſaepe octo (floribus totidem) in orbem poſitis, interior totidem majoribus membranaceis coloratis.

561. COREOPSIS BIDENS. Foliis lanceolatis ſerratis oppoſitis amplexicaulibus, pappo bicorni. (R.) Moris. hiſt. 3. t. 5. 25.

Creſcit ad foſſas et ductus aquarum ctrca Petropolim. Floret Iulio, Auguſto. ⊙ Клоповница двузубая. Russ. Sob.

CENTAUREA. Receptaculum ſetoſum. Pappus plumoſus vel capillaris. Corollae radii infundibuliformes longiores, irregulares.

562. CENTAUREA PHRYGIA. Calycibus recurvato plumoſis, foliis indiviſis oblongis ſcabris. (Caulis ſulcatus multiflorus. Folia lanceolata ſubſerrata. Ciliis calycis longis reflexis fuſcis.) (G.) Flor dan. t. 520.

Habitat in pratis circa Caterinhoffium et paſſim in ſylvis montoſis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Чер.

тополохъ, ſive Лоскутный цвѣтъ. Russ. Лоскутница пѣристая. Sob.

563. CENTAUREA CYANUS. Calycibus ſerratis, foliis linearibus integerrimis, infimis dentatis. (Corollis radiantibus horizontalibus novem.) (G.) Flor. dan. t. 993. Cyanus, officin.

Eſt vulgetiſſima inter ſegetes. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Василекъ. Russ.

564. CENTUAREA SCABIOSA. Calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis, laciniis lanceolatis. (Caulis et folia ſcabra. Ramo terminari flore perpetuo breviore. Variat: foliorum pinnis lanceolatis et linearibus.) (G.) Sowerby engl. bot. t. 56.

Habitat in monte Pulcovo. circa Strelinam, in monte Poclonnaja et Murinae, aliisque in locis montoſis et ſylvoſis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Лоскутница свербѣжнолистая. Russ. Sob.

565. CENTAUREA JACEA. Calycibus ſcarioſis laceris, foliis lanceolatis: radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis. (Squamis calycinis lamina fuſca. Variat foliis radicalibus integris et pinnatifidis.) (G.) Flor. dan. t. 519.

Habitat in ſylvis et pratis paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Лоскутница шелушчатая. Russ. Sob.

## POLYGAMIA NECESSARIA.

FILAGO. Receptaculum nudum, paleis ad latera calycis floſculos diſtinguentibus. Pappus nullus, vel brevis ſimplex. Calyx imbricatus. Floſculi foeminei partim apetali inter ſquamas calycis locati.

Digitized by Google

566. FILAGO MONTANA. Caule ſubdichotomo erecto, floribus conicis terminalibus axillaribusque. (Sob.) Lob. ic. 481.

In monticulis arenoſis et ſylvoſis Pargelovii ſatis raro occurrit. Floret Iunio, Iulio. ⊙ Жабная трава, ſive Горлянка. Russ. Горлянка горная. Sob.

567. FILAGO ARVENSIS. Caule paniculato, floribus Conicis lateralibus. (Foliis molliſſimis tomentoſis, florum acervis ſeſſilibus in ſpicas continuatis.) (Sob. R.)

Habitat in arvis montoſis Ligovi, Craſnoſelii, et ad pagum Rjabowa, rarius. Floret Iunio, Iulio. ⊙Горлянка полевая. Russ. Sob.

## MONOGAMIA.

LOBELIA. Calyx quinquefidus. Corolla monopetala, irregularis. Tubus calyce longior ſuperne diviſus. Limbus quinquepartitus. Capſula infera, bi-ſive trilocularis, bi-ſive trivalvis.

568. LOBELIA DORTMANNA. Foliis linearibus bilocularibus integerrimis, caule ſubnudo. (L.) Flor. dan. t. 39.

Habitat ad littus inſulae Crucis et paſſim in aqua ad ripas minorum ramorum Nevae fluvii. Floret Iulio. ♃ Лобелія дортманская. Russ. Sob.

VIOLA. Calyx pentaphyllus, ſupra baſin corollae adhaerens. Corolla pentapetala, irregularis, poſtice cornuta. Stamina lamina germen tegentia, antheris apice cohaerentibus. Capſula trivalvis unilocularis.

Digitized by Google

569. VIOLA HIRTA. Foliis cordatis piloſo-hiſpidis. (Flores dilute violacei albidique, petalo inferiore emarginato.) (G ) Flor. dan. t. 618.

Habitat in montoſis et umbroſis Duderhovii. Floret Majo. ♃ Фіялка. Russ. Віолетка мохнатая. Sob.

570. VIOLA PALUSTRIS. Foliis reniformibus, Crenulatis, longe petiolatis, ſcapo medio ſquamis duabus ſeſſilibus, petalis duobus ſuperioribus dilute caeruleis decurrentibus in unguem, lateralibus tranſverſe villoſulis albidis, infimo maximo integro.) (G.) Flor. dan. t. 83.

In pratis humidis ſylvoſis inſularum baſileenſis, apothecariae, et lapideae alibique copioſe provenit. Floret Majo. ♃ Віолетка болотная. Russ. Sob.

571. VIOLA ODORATA. Foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. (G.) Flor. dan. t. 309. Viola martia, odorata, officin.

Habitat in montoſis et umbroſis Duderovii, et in ejus viciniis. Floret Majo. ♃ Віолетка пахущая. Russ. Sob.

572. VIOLA CANINA. Caule adultiore aſcendente, foliis oblongo cordatis, floribus caulinis apetalis. (Stigma aſcendens; ligulae nectarii lineares, inodora, deflorata odorata. Calcar longius, ſulco exaratum.) (G.) Curtis Flor. Londin t. 108.

Habitat ubique in ſylvis humidis, praeſertim circa fabricam pyriam Ochtenſem et Murinam. Floret Iunio. ♃ Віолетка собачая. Sob.

Digitized by Google

573. VIOLA MIRABILIS. Caule triquetro, foliis reniformi - cordatis, floribus caulinis apetalis. (Folia glabra. Flores radicales albido-purpurascentes ſteriles, caulini apetali fertiles breviter pedunculati, ſtylo circulariter incurvato. Stolones nulli. Capſulae elateres.) (G) Iacq. Fl. auſtr. t. 19.

Habitat in ſylvis montoſis umbroſiſſimis, uti in montibus Pulcovo, et Duderovo, atque ad pagum Colodeci, et circa oſtium fluvii Strelna. Floret Majo. ♃ Віолетка удивительная. Russ. Sob.

574. VIOLA TRICOLOR. Foliis ovatis dentatis, corollis calyce glabro duplo majoribus. (Pedunculi angulati, ſtigma utrinque ad latera denticnlo·) (G.) Flor. dan. t. 623.

In arvis et agris incultis et ad margines ſylvarum circa Caterinhoffium, in monte Poclonnaja et paſſim, copioſe provenit. Floret Iunio, Iulio, et Auguſto. ♃ Троичной цвѣтъ, Веселыя глазки. Russ. Віолетка трицвѣтная. Sob.

575. VIOLA ARVENSIS Foliis ovato oblongis dentatis, corollis calyci hirſuto aequalibus. (Caule procumbente diffuſo: corolla albida, luteola minore.) (Sob.)

Habitat in arvis et ad vias, Pargelovii, Oſinovae Roſchczae, Murinae, in monte Poclonnaja et paſſim in pratis ſiccis incultis. Floret Iunio, Iulio, Auguſto. ♃ Віолетка полевая. Sob.

IMPATIENS. Calyx diphyllus. Corolla pentapetala irregularis, nectario monophyllo cucullato. Stamina cohaerentia. Capſula ſupera unilocula-

Digitized by Google

ris, in valvas quinque ſpiraliter diſſiliens. (Antherae connatae. Calyx deciduus.)

576. IMPATIENS NOLI TANGERE. Pedunculis multifloris ſolitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. (Caulis ramoſiſſimus. Flores flavi punctis purpureis.) (G.) Flor. dan. t. 588.

Habitat in ſylvis et locis humidis arenoſo-argilloſis, umbroſis, uti ad fabricam pyriam Ochtenſem, in vico Strelina et Caterinhoffii, et paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Бальсамина неприкосновенная. Russ. Sob.

# CLASSIS XX.

## GYNANDRIA

## DIGYNIA.

ORCHIS. Nectarium cornu referens pone florem. Corolla ringens.

577. ORCHIS BIFOLIA. Bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longiſſimo, petalis patentibus. (Scapus ſtrictus, foliis duobus magnis; flores in ſpica longa, rara, ſvaveolentes albi, cornu ſetaceo, labello lineari, ad baſin aucto, fovea nectarifera patentiſſima, antheris albis loculamentis fulveſcentibus.) (G.) Flor. dan. t. 235. Satyrium, officin. Variat, floribus paucioribus foliis binis ovatis, pumila.

Digitized by Google

Habitat in pratis apricis, et butulelis verno tempore humidis; erat in inſula apothecaria, ſed nunc eliminata, occurrit in quantitate circa fabricam pyriam Ochtenſem, montem Pulcovum, et Craſnoje ſelo, Murinam, et Murzincam. Floret Iunio. ♃ Ядрушки, яички, дѣтская трава, кокушкины слезы, бѣлый сатирѣ. Ruſs. Кокушница двулистая. Sob.

578. ORCHIS LATIFOLIA. Bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio, trilobo, lateralibus reflexis, bracteis latis flore longioribus, (cordatis, petalis tribus conniventibus, tegentibus ſtylum, duobus erectis in cornu. Caulis fiſtuloſus, apice polygonus. Folia maculata.) (G.) Flor. dan. t. 268.

Habitat in pratis paludoſis et ſylvoſis circa pagum Murina, et ſtrelinam, Rumkinam, atque in aliis locis ſimilibus. Variat bracteis florum longitudine, et flore brevioribus. Floret Iunio. ♃ Кокушница широколистая. Ruſs. Sob.

579. ORCHIS MACULATA. Bulbis palmatis patentibus. nectarii cornu germinibus breviore, labio plano, petalis dorſalibus erectis, (bracteis ſerratis, longitudine germinis, cornu recurvo, labio trilobo, lacinia intermedia acuminata: caulis ſolidus. Folia lanceolata maculata. Nectarium rectum floribns dilute violaceis. Lineis ſaturatioribus. Variat flore albo, ſtaminibus flaveſcentibus.) (G.) Regnaut bot. t. 353.

Habitat in pratis laetioribus humidis, ad coemeterium ſti. Iohannis et ubique in ſylvis graminoſis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Кокушкины слезы. Ruſs. Кокушница пятнистая. ſobol.



Digitized by Google

580. ORCHIS ODORATISSIMA. Bulbis palmatis, nectarii cornu recurvo breviore, labio trilobo, foliis linearibus, (ſcapo adpreſſis: ſpicae laxiuſculae; bracteis germine longioribus, longeariſtatis, coloratis, floribus albis, carneisve, aut purpureis, petalis duobus lateralibus revolutis, antheris flaveſcentibus.) (Sob.) Iacq. flor. auſtr. 3. t. 264.

Habitat in pratis ſylvoſis humidis et montoſis Murinae, Strelinae et Peterhoffiii. Floret Iunio. ♃ Кокушница благовоннѣйшая. Russ. Sob.

581. ORCHIS CONOPSEA. Bulbis pulmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore recurvo, labio trifido, petalis duobus patentiſſimis. (Folia longa anguſta in ſcapo purpuraſccnte, bracteis lanceolatis, obſcure purpureis; floribus violaceis, rubris, carneis albisve, odore dianthi caryophylli. Labium trifidum aequale crenulatum. Nectarii cornu longiſſimum incurvum.) (G.) Flor. dan. t. 224.

Habitat in pratis montoſis circa fabricam pyriam Ochtenſem, et frequentiſſima in betuletis circa Nevam et Wolchow, fluvios. Floret Iunio, Iulio. ♃ Кокушница гвоздичная. Russ. Sob.

OPHRYS. Nectarium ſubtus ſubcarinatum.

582. OPHRYS NIDUS AVIS. Bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido. (Flores ſcapo concolores, virideſcentes labio obliquo, ſubbicorni, petalis carnoſis emarceſcentibus omnibus, integerrimis, ſtaminibus ferrugineis, abditis, germine pedicellato, capſu-

Digitized by Google

lis erectis. Tota ſucculenta fragilis, interdum ſcapo lignoſo.) (G.) Flor. dan. t. 181.

Habitat in monte Duderovo, ad pagum Colodeci et circa Gatczinam in ſylvis umbroſis. Floret Majo, Iunio. ♃ Птичье гнѣздо. ſive дѣтская трава. Russ. Младенчица гнѣздичная. Sob.

583. OPHRYS OVATA. Bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido, (epiglottide expanſa antheras tegente, labii laciniis luteo-viridibus, germine ſulcato pedicellato.) (G.) Flor. dan. t. 137.

Habitat in montoſis humidis umbroſis circa ſarſcoje ſelo et Duderovium. Floret Iunio, Iulio. ♃ Младенчица листояичная. Russ. Sob.

584. OPHRYS CORDATA. Bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis cordatis. (Caule herbaceo ſuperne puraſcente, foliis ſubtriangularibus glaucis, floribus quinque aut ſex rubellis, labio inferiore bi aut trifido, purpuraſcente, laciniis acutis, expanſis, germine in ſex valvulas dehiſcente. Tenella.) (L.) Haller hiſtor. ſtirp. helv. t. 22. f. 4.

Habitat in ſylvis paludoſis umbroſis vaſtiſſimis rarius. inter myriades rubi Chamemori, in ſylva paludoſa circa Craſnoy cabak quatuor tantum ſpecimina legit D. Laxmannus. Gort. Floret Iuio. ♃. Младенчица листосердечная. Russ. Sob.

585. OPHRYS LILIFOLIA. Bulbo ſubrotundo, ſcapo nudo, foliis lanceolatis, nectarii labio integro, petalis dorſalibus linearibus. (G.) Ehret. act. angl. 1764. n. 53. p. 81. t. 4.

Digitized by Google

Habitat in monte Duderovo. Floret Iunio. ♃ Младенчица лилейная. Russ. Sob.

586. OPHRIS PALUDOSA. Bulbo ſubrotundo, ſcapo ſubnudo pentagono, foliis apice ſcabris, nectarii labio integro. (L.) Flor. dan. t. 877.

Habitat in paludoſis cum antecedente circa Craſnoy cabac, rarius. Floret Iunio, Iulio. ♃ Младенчица болотная. Russ. Sob.

587. OPHRYS MONORCHIS. Bulbo globoſo, ſcapo nudo, nectarii labio trifido cruciato. (Bulbus fuſco-rubens; folia caulina duo vaginantia, flores virideſcentes, parviſſimi, petalis nec ſurſum conniventibus nec nectario carinato, labio ſuperiore operculo barbae ſimili; ſtamina ferruginea. Variat floribus luteis hirſutis.) (G.) Flor. dan. t. 102.

Habitat in monte Duderovo, et ad pagum Colodeci, in pratis montoſis humidis umbroſis. Floret Iunio. ♃ Младенчица однокоренная Russ. Sob.

SERAPIAS. Corolla patens, hexapetala. Nectarium ovatum gibbum: labio ovato. Capſula infera, unilocularis, trivalvis, feneſtrata.

588. SERAPIAS LATIFOLIA. Bulbis fibroſis, foliis ovatis amplexicaulibus, floribus pendulis. (Caule multifolio, multifloro, floribus virentibus, labello plicato-emarginato-cordiformi, patalis villoſulis, antheris glandula flava. Variat foliis elliptico-enſiformibus, floribus erectis albis magnis, nectarii labio acutiuſculo nunc, nunc obtuſiore.) Helleborine. (G.) Flor. dan. t. 811.

Digitized by Google

Habitat in montoſis ad Duderovium et Colodeci atque ſylvis humidis Sarſcoſelii frequens. Floret Iunio, Iulio. ♃ Ядро лисье. Russ. Лисье ядро широколистое. Sob.

589. SERAPIAS RUBRA. Bulbis fibroſis, foliis enſiformibus, floribus erectis, nectarii labio acuto. (Folia ovato-lanceolata amplexicaulia diſticha, bracteis floribus longioribus. Variat, flore minimo atro-rubente, labello vomeriformi, per oras crenulato, medio rugoſo, cymba dura cartilaginoſa; foliis variis, radice profundiſſima; floribus rubiginoſis.) (Sob. B.) Flor. dan. t. 345.

Habitat in ſylvis circa Sarſcoje ſelo, et in ipſo horto imperiali Sarſcoſelienſi nec non in monte Duderovo, Colodeci, et in viciniis urbis Gatczinae. Floret Iunio, Iulio. ♃ Лисье ядро красное. Russ. Sob.

CYPRIPEDIUM. Nectarium ventricoſum, inflatum cavum.

590. CYPRIDIUM CÁLCEOLUS. Radicibus fibroſis, foliis ovato-lanceolatis caulinis alternis. (Similibus Veratro albo, floribus purpureo-rubiginoſis, tetrapetalis, petalis duobus patentibus, exterioribus, majoribus, capſulis lateralibus, in quibus antherae.) (G.) Mill. ic. t. 242.

Habitat in monte Duderovo in ſylvis montoſis umbroſisque prope Colodeci, frequens. Floret Majo, Iunio. ♃ Кокушкины сапожки, ſive Маріинъ башмачокъ. Russ. Sob.

## POLYANDRIA.

CALLA. Spatha monophylla, ovato-cordata, plana. Spadix digitiformis, ſimpliciſſimus fructificatio-

nibus tectus. Corolla nulla. Stamina longitudine piſtillorum germinibus intermixta. Bacca tetragono-globoſa, unilocularis, polyſperma. (Stamina ſex, in ſingulo floſculo numerus appropriatus.)

591. CALLA PALUSTRIS. Foliis cordatis, ſpatha plana, ſpadice ubique hermaphrodito. (Spatha ſupra alba, ſubtus viridi, filamentis et antheris albis, germinibus nitentibus in baccas ruberrimas mutandis. Piperita.) (G.) Flor. dan. t. 422.

Habitat in inſulis apothecaria, lapidea, et baſileenſi, et ubique in paluſtribus. Хлѣбница болотная. Russ. Sob.

# CLASSIS XXI.

# MONOECIA

## MONANDRIA.

CHARA. Maſculus flos. Calyx nullus. Corolla nulla. Anthera germini ſubjecta.

Foemineus flos. Calyx tetraphyllus. ſtigma quinquefidum. Pericarpium, bacca ſpiraliter ſtriata, unilocularis, polyſperma. Semina plurima ſpherica minutiſſima.

592. CHARA VULGARIS. Caulibus laevibus, frondibus interne dentatis. (Ceſpites lati foetidi,

Digitized by Google

caulibus fragilibus. Baccae oblongae polyſpermae.) (G.) Vaillant. act. pariſ. 1719. t. 3. f. 1.

Habitat in aquis lente fluentibus Lugae. Floret Iunio. ⊙ Рукосвѣчникъ обыкновенный, Russ. Sob.

## DIANDRIA.

LEMNA. Mas. Calyx monophyllus, latere vel parte ſuperiore dehiſcens. Corolla nulla.

Foemina. Calyx monophyllus. Corolla nnlla. Stilus unicus. Capſula uni-vel bilocularis, monoſperma aut diſperma, globoſa, compreſſa.

593. LEMNA TRISULCA. Foliis petiolatis lanceolatis (oblongis, ad dichotomias caulis dichotomi.) (G.) Mih. nov. plant. gen. 26. t. 11. f. 5.

Habitat paſſim in paludibus et aquis ſtagnantibus. Floret Iunio. ♃ Ряска. Russ. Ряска ıприжолобная. Sob.

594. LEMNA MINOR. Foliis ſeſſilibus utrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis, (Foliis utrinque viridibus.) (G.) Blackw. herb. t. 380.

Nuſquam non obvia eſt in aquis ſtagnantibus. Floret Iunio, Iulio. ♃ Ряска меншая. Russ. Sob.

595. LEMNA POLYRRHIZA. Foliis ſeſſilibus, radicibus confertis, (inferne atro-purpureis.) (Sob. R.) Mich. n. plant. gen. 16. t. 11. f. 1.

Habitat Caterinhcſſii, et paſſim in aquis foſſarum ſtagnantibus. Floret Iunio. ♃ Ряска многокоренная. Russ. Sob.

Digitized by Google

# TRIANDRIA.

TYPHA. Amentum cylindricum denſiſſimum. Corolla nulla. Mas. Calyx obſoletus triphyllus, ſetaceus; floribus magis terminalibus.

Foemina. In eadem planta infra. Calyx capillo papposo. Semen unicum inſidens ſetae pappove capillari, Stylo perſiſtente.

596. TYPHA LATIFOLIA. Foliis ſubenſiformibus, ſpica maſcula foemineaque approximatis. (Major, culmo breviore. Filamenta antheris longiora.) (G.) Flor. dan. t. 645.

Habitat in paludibus ad viam regiam Strelinae, Peterhovianam, et ad viam Sarſcoſelienſem circa montem Pulcovum. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Poroза широкая. Russ. Sob.

597. TYPHA ANGUSTIFOLIA. Foliis ſemicylindricis, ſpica maſcula foemineaque remotis. (Foliis ſublinearibus culmo longioribus. Filamenta antheris breviora.) (G.) Flor. dan. t. 815.

Habitat in inſula lapidea, et circa inſulas ſinus Cronſtadienſis; atque in paludoſis ad viam regiam Peterhovianam frequentiſſima occurrit. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Poroза узкая. Russ. Sob.

SPARGANIUM. Flores conglobati in capitulum. Corolla nulla. Mas: Calyx triphyllus, linearis, deciduus.

Foemina. Calyx hexaphyllus. (Aut triphyllus.) Stylus unus aut duo, ſtigmate biſido. Drupa ex-

ſucca, ſupera, unilocularis monoſperma aut diſperma.

598. SPARGANIUM ERECTUM. Foliis erectis lineari-lanceolatis: nervo elevato. (Staminibus glumis duplo longioribus, antheris erectis fuſceſcentibus.) (G.) Gaertn. defr. et ſem. cent. 1. t. 19. f. 4.

Habitat in inſulae apothecariae locis verno tempore inundatis e regione ſeptentrionali; et ubique in lacubus et paludibus frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Ежова головка, волчьи бобки, ſive пырей водяный. Russ. Ежоголовка прямая. Sobol.

CAREX. Amentum ſpicatum imbricatum glumis. Calyx monophyllus. Corolla nulla.

Mas: ſquamis unifloris. Foemina: Nectarium inflatum, apice bi-aut tridentatum. Stigmata duo aut tria, vel ſimplex, aut trifidum ſingulum. Semen triquetrum, pedicellatum intra nectarium ſen nux coriacea.

* Spica unica ſimplici.

599. CAREX DIOICA. Spica ſimplici dioica. (Stigma bifidum; folia tenuiſſima triangularia.) (R.) Flor. dan. t. 369.

In pratis humidis circa Petropolim. Flotet Majo, Iunio. ♃ Осока. Russ. Осока двудомовная. Sobol.

600. CAREX PULICARIS. Spica ſimplici androgyna ſuperne maſcula, capſulis divaricatis reflexis: feminibus teretibus. (Caules foliaque capil-

lacea, culmus teres. Stigma bifidum. (Sob. R.) Flor. dan. t. 166.

In paludoſis circa Petropolim frequens eſt. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока тонколистая. Russ. Sobol.

** Spicis androgynis.

601. CAREX ARENARIA. Spica compoſita, ſpiculis androgynis: inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo triquetro. (Spiculis ferrugincis ſeſſilibus. Terminalibus maſculis; inferioribus foemineis, culmo incurvo. Stigmate bifido.) (G.) Flor. dan. t. 425. Carex arenaria, officin.

Ad ripam Nevae fluvii circa Caterinhoff. Floret Iunio. ♃ Осока песочная. Russ. Sob.

602. CAREX ULIGINOSA. Spica compoſita, ſpiculis androgynis: inferioribus remotioribus folio longiori inſtrictis, culmo tereti. (R.) Habitat in locis humidis uliginoſis. Floret Iunio. ♃ Осока болотная. Russ. Sob.

603. CAREX LEPORINA. Spica compoſita, ſpiculis ovatis ſeſſilibus approximatis alternis androgynis nudis. (Stigmate bifido. Spiculae huic ſolummodo tres.) (Sob. R.) Scheuchz. gram. t. 10. f. 15.

In pratis humidis ad viam Sarſcoſdienſem et paſſim. Floret Iunio. ♃ Осока заячья. Russ. Sobol.

604. CAREX VULPINA. Spica ſupradecompoſita inferne laxiore, ſpiculis ovatis adrogynis glomeratis: ſuperne maſculis. (Capſula ſquama longi-

Digitized by Google

ore, nectario digyno bifido. Variat: panicula flavo-viridi compacta; panicula ſpadiceo-fuſca, ſpiculis laxioribus; panicula fuſco-rubra, ſpiculis oblongis ſe ſe contingentibus.) (G.) Flor. dan. t. 308.

In paluſtribus circa Caterinhoffium et in ripis inſularum apothecariae et lapideae. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока лисичья. Russ. Sob.

605. CAREX MURICATA. Spiculis ſubovatis ſeſſilibus remotis androgynis, ſuperne maſculis, capſulis acutis divergentibus bicuſpidatis. (Stigma bifidum. Ore fiſſo radice fibroſa.) (G.) Flor. dan. t. 284.

In ſilvis humidis non infrequens eſt. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока колючая. Russ. Sob.

606. CAREX ELONGATA. Spiculis oblongis ſeſſilibus remotis androgynis, capſulis ovatis acutis. (Stigma bifidum.) (R.) Leers fl. herb. t. 14. f. 7.

In humidis circa Petropolim. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока долгая. Russ. Sob.

*** Spicis ſexu diſtinctis: foemineis ſeſſilibus.

607. CAREX FLAVA. Spicis confertis ſubſeſſilibus ſubrotundis: maſcula lineari, capſulis acutis recurvis, (echinatulis. Culmus ſubteres. Stigma trifidum.) (G.) Flor. dan. t. 1047.

Variet. *α*. Spica maſcula gemina.

*β*. Spica maſcula in ſummo feminifera. Gort.

In paludibus quae aeſtate exſiccantur, nihil hac planta frequentius eſt, uti circa Caemete-

Digitized by Google

rium ſti. Iohannis. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока желтая. Russ. Sob.

608. CAREX GLOBULARIS. Spicis ternis approximatis: maſcula filimormi; foemineis ſubrotundis ſuperne echinatis. Spica foeminea ſeſſili ovata folio florali breviori approximata.) (R.) Villar. pl. Delph. 2. p. 211. n. 27.

In ſylvis humidis circa Petropolim. Floret Iunio. ♃ Осока шароголовная. Russ. Sob.

**** Spicis ſexu diſtinctis: foemineis pedunculatis.

609. CAREX LIMOSA. Spicis ovatis pendulis: maſcula longiore erectiore, radice repente. (Capſulae ovatae ſubcompreſſae nervoſae mucronatae, ore integro, bractea breviores. Culmus triqueter, ſpiculae tres.) (R.) Flor. dan. t. 646.

In paludibus circa Petropolim. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока грязная. Russ. Sob.

610. CAREX PANICEA. Spicis pedunculatis erectis remotis; foemineis linearibus, capſulis obtuſis inflatis. (R.) Flor. dan. t. 261.

In uliginoſis circa Petropolim. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока просяная. Russ. Sobol.

611. CAREX CAESPITOSA. Spicis erectis cylindricis ternis ſubſeſſilibus: maſcula terminali, culmo triquetro. (Digyna, vaginis nullis, ſpicis ſubcylindricis obtuſis, foliis erectis molliuſculis.) (G.) Scheuchz. agroſtogr. t. 10. f. 11.

Digitized by Google

In pratis uliginoſis. Floret Iunio, Iulio. ♃ Ocoка дернистая. Russ. Sob.

***** Spicis ſexu diſtinctis: maſculis pluribus.

612. CAREX ACUTA. Spicis maſculis pluribus, foemineis ſubſeſſilibus, capſulis obtuſiuſculis, (villoſulis, ſtaminibus dextrorſum declinatis, ſexu vario.) Varietas *a.* nigra vulgaris. Curtis Flor. Londin. t. 281. *β.* Ruffa ſive maxima. Sc. ſpicis longiſſimis, foemineis quatuor aut quinque pendulis, capſulis confertis acutis. (G.)

Nihil vulgatius hac planta tum alibi, tum praecipue in inſula Baſileenſi. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока острая. Russ. Sobol.

613. CAREX VESICARIA. Spicis masculis pluribus, foemineis pedunculatis, capſulis inflatis acuminatis. (Spicae culmique trigoni.) (G.) Flor. dan. t. 647.

Habitat circa paludes inſulae Baſileenſis et lapidee frequens. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока пузыристая. Russ. Sob.

614. CAREX HIRTA. Spicis remotis: maſculis pluribus: foemineis ſubpedunculatis erectis, capſulis hirtis. (Sob. B.) Flor. dan. t. 379.

Habitat in pratis arenoſis ſiccis, Caterinhoffii et ad fabricam pyriam Ochtenſem, necnon ad littora ſinus Cronſtadienſis alibique. Floret Majo, Iunio. ♃ Осока мохнатая. Russ. Sob.

## TETRANDRIA.

BETULA. Calyx monophyllus, trifidus aut quinquefidus. Corolla quadripartita.

Digitized by Google

Mas: in amento et ſquamis trifloris.

Foemina: calyx biflorus, ſquamis pedicellatis, cordatis cum acumine. Semina duo aut tria, utrinque membrana alata.

615. BETULA ALBA. Foliis deltoidibus acutis duplicato-ſerratis glabris, ramis erectis ſtrictis. (Cortice albo. Amenta maſcula, ut coryli, autumno pullulant.) (G.) Blackw, herb. t. 240. Betula alba, officin.

Nullibi non creſcit. Floret ſub medium Maij, vix explicatis foliis. ♄ Береза. Russ. Береза бѣлая. Sob.

616. BETULA PENDULA. Foliis deltoidibus acutis duplicato-ſerratis glabris, ramis flaccidis pendulis. (Sob.) Roth. flor. germ. 1. p. 405.

Habitat in ſylvis humidiuſculis cum Betula alba. Floret majo. ♄ Береза. Russ. Non diſtiguitur vulgo a Betula alba. Береза повислая. Sobol.

617. BETULA NANA. Foliis orbiculatis crenatis. (Arbor ramoſiſſima procumbens, cortice gemmisque atro-rubentibus, amentis ſingulis alaribus, floribus tribus in mare, duobus in foemina.) (G.) Flor. dan. t. 91.

Habitat in ſilvis humidis paludoſis, ad ductum aquarum Ladogenſem, circa Monaſterium Alexandro Newsky, Pargelovil, et paſſim. Floret Majo. ♄ Березовой ерникъ in Sibiria vocatur. Береза приземистая. Sobol.

618. BETULA ALNUS. Pedunculis ramoſis cunei formibus obtuſiſſimis, foliis ſubrotundis glutinoſis, venarum axillis ſubtus villoſis. (Variat: foliis

rotundis, glutinoſis viridibus ; et foliis incanis hirſutis.) (G.) Bátula alnus mcana. (Sob.) Regn. bot. t. 326. Alnus officin.

Ubivis in ſylvis. var. incana. locis elevatis gaudet. Floret Aprili, Majo. ♄ Ольха. Russ.

619. BETULA FRUTICOSA. Foliis ovato-rhomboideis verſus apicem acuminatum inaequaliter ſerratis. (Sob.) Pall. flor. roſſ. t. 40.

Habitat in ſylvis humidis montoſis circa urbem Gatczinam, et ejus viciniis, ſimilibus. Fſoret Aprili, Majo. ♄ Береза кустарная. Russ. Sob.

URTICA. Calyx quadrifigus. Corolla nulla.

Mas: Nectarium centrale, cyathiforme.

Foemina: Calyx foliola duo oppoſita exigua. Stigma villoſum. Semen unicum ovatum, nitidum.

620. URTICA URENS. Foliis ovalibus, caule ramoſo. (Racemis erectis.) (G.) Flor. dan. t. 739. Urtica minor, officin.

Creſcit copioſiſſime in ruderatis, ad ſepes hortorum, imo et in ipſis hortis odioſa planta. Floret Iunio. ⨀ Крапива ſive крапива меншая. Russ.

621. URTICA DIOICA. Foliis cordatis oppoſitis, racemis geminis, (pendulis, majoribus.) (G.) Flor. dan. t. 746. Urtica major, officin.

Habitat ad vias et ſepes hortorum nec non in marginibus ſulvarum frequontatarum. Floret Iunio. ♃ Крапива большая. Russ.

Digitized by Google

## PENTANDRIA.

AMARANTHUS. Calyx triphyllus aut pentaphyllus coloratus. Corolla nulla.

Mas: Stamina duo aut quinque.

Foemina: Styli tres. Capſula unilocularis, circumſciſſa, monoſperma.

622. AMARANTUS BLITUM. Glomerulis lateralibus, floribus trifidis, foliis ovatis retuſis, caule diffuſo. (Folia maculata, floribus polygamis.) (Sob. R.) Pluckn. phyt. 212. f. 2.

Habitat in ruderatis cultis et ad ſepes hortorum, Petropoli, praecipue inter Regimenta Praetoriana. Floret Iulio. ⊙ Амарантъ кухонный. Russ. Sobol.

## POLYANDRIA.

MYRIOPHYLLUM. Calyx tetraphyllus. Corolla nulla. Mas. Stamina octo. Foemina. Piſtilla quatuor. Styli nulli. Stigmata pubeſcentia. Semina quatuor nuda.

623. MYRIOPHYLLUM SPICATUM. Caule ramoſo, ſpicis terminalibus nudis interruptis, floribus bracteatis, foliis pinnatis capillaribus. (Verticilli floribus quatuor plerumque.) (G.) Flor. dan. t. 681.

In lacubus et aquis ſtagnantibus frequens eſt. Floret Iunio, Iulio. ♃ Водопѣрица колосистая. Russ. Sob.

624. MYRIOPHYLLUM VERTICILLATUM. Caule ſimplici, floribus verticillatis hermaphroditis,

Digitized by Google

foliis pinnatis; pinnis linearibus carnoſis. (Frequentius monoicum: flores maſculini nimirum ſuperiorem ſpicae partem; foeminini inferiorem occupant. Etiam petala ovalia decidua a Sowerby ſunt obſervata.) (G.)

In fluvio Neva locis vadoſis non raro occurrit, nec non in rivo prope Goreloy cabac fluente. Floret Iunio, Iulio. ♃ Водопѣрица колесоцвѣтная. Ruſs. Sob.

SAGITTARIA. Calyx triphyllus. Corolla tripetala.

Mas: Stamina viginti quatuor.

Foemina: ſtyli nulli. Piſtilla multa. Capſulae utriculares ſemilunatae numeroſiſſimae. Semina multa, nuda, teretiuſcula, conduplicata, (in capitulo haamiſphaerico infra maſculos.

625. SAGITTARIA SAGITTIFOLIA. Foliis ſagittatis acutis. (G.) Flor. dan. t. 172.

Habitat in paludibus et aquis ſtagnantibus fluviorum, uti ad rivum Nevae fluvii Carpovcam, et circa inſulas lapideam, baſileenſem, et apothecariam. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Стрела ſive Желтая вахта. Ruſs. Стрѣла водяная. Sob.

QUERCUS. Corolla nulla.

Mas: in amento. Calyx quinefidus aut ſeptemfidus. Stamina quinque ad decem.

Foemina: in gemma, ſquamis imbricatis, in cupulam coalitis. Calyx minimus monophyllus ſexfidus, vel integerrimus, ſcaber. Styli duo ad



Digitized by Google

quinque, unicus, bifidus aut quinquefidus. Nux ovata, coriacea, monoſperma, matura uniloculaaris, cupula excepta.

626. QUERCUS ROBUR. Foliis petiolatis oblongis ſuperne latioribus: ſinubus acutioribus, angulis obtuſis, fructibus ſubſeſſilibus. (Styli tres.) (G.) Von. Gleichen das neueſt. aus dem Reiche der Pflanz. t. 29. Quercus, officin.

Habitat in variis locis circa Petropolim et ad montem Duderovium. Cronſtadii duae tantum erbores annoſae et procerae reperiuntur, ſub quibus glorioſae memoriae Petrus Magnus reſidere ſolebat, cum urbis illius fundamenta jacerentur, et in una arborum ciſtam ad reponenda, quae ad victum ſpectant, fieri curavit. Floret Majo. ♄ Дубъ. Russ.

CORYLUS. Corolla nulla.

Mas. Amentum ex ſquamis trifidis, lacinia media latiſſima, unifloris.

Foemina: Involucrum diphyllum, lacerum, ex gemma. Calyx obſoletus ex margine epidermidis nucis breviſſimo. Nux ovata. (Receptacum villoſum, gemma foliacea.)

627. CORYLUS AVELLANA. Stipulis lanceolatis, ramulis piloſis. (Foliis dentatis nervoſis, dentibus ariſta herbacea.) (G.) Blackw. herb. t. 293.

In ſylvis montoſis Pargelovii, Oſinovae Roſchczae et in monte Duderovo atque circa urbem Gatczinam et Colodeci copioſiſſime invenitur. Floret Aprili. ♄ Орѣшникъ, ſive Лѣщина. Russ. Орѣшникъ лѣсный. sob.

Digitized by Google

# MONADELPHIA.

PINUS. Corolla nulla.

Mas: Calyx racemi ſquamae hiantes. ſtamina plurima Antherae nudae. (Calyx tetraphyllus?)

Foemina: Calyx ſtrobili: ſquamae biflorae. Piſtillum unicum. Nux cincta ala membranacea, unilocularis evalvis.

628. PINUS SYLVESTRIS. Foliis geminis rigidis, primordialibus ſolitariis glabris, ſtrobilis ovato-conicis ſubgeminis foliorum longitudine, ſquamis oblongis obtuſis. (G.) Oelhaf. Abb. t. 1.-4. Pinus, officin.

Nuſquam non obvia eſt, praeſertim autem montoſa tractus Coporienſis notari merentur, quae admodum proceris hujus generis arboribus ſuperbiunt. Floret Majo. ♄ Cосна. Russ.

629. PINUS ABIES. Foliis ſolitariis ſubulatis mucronatis laevibus bifariam verſis. (Folia compreſſa, utrinque ſubcarinata, ſupra lucida. ſtrobilis ſubcylindricis pendulis.) (G.) Flor. dan. t. 193. Abies, officin.

Variet. β P. Abies ſtrobilorum ſquamis margine undulatis. (sob) Syſt. Nat. edit. Gmelin. Pinus Picea.

Ubique in ſylvis obvia eſt; variet β Caterinhoffii. Floret Majo. ♄ Ель. Russ.

Digitized by Google

# CLASSIS XXII.

# DIOECIA.

## DIANDRIA.

SALIX. Amenti ſquamae uniflorae imbricatae; involucro coriaceo e gemma. Corolla nulla.

Mas: Glandula baſeos nectarifera vel ſimplex vel duplex. (Antheris una ad quinque.)

Foemina: Stylus bifidus. Capſula unilocularis, bivalvis, valvulis revolutis, ſemina pappoſa, baſi pappo ſimplici.

630. SALIX HERMAPHRODITICA. Foliis ſerratis glabris, floribus hermaphroditis diandris. (sob.)

Habitat in ſylvis prope viam quae ducit a ſarſcoſelo, ad Gatczinam. Floret Aprili, Majo. ♄ Ива, ſive верба. Russ. Верба женомужная. Sob.

631. SALIX TRIANDRA. Foliis oblongo-lanceolatis ſerratis glabris, floribus triandris. (ſquamae remotae patulae fuſco-virides.) (G.) Hoffm. Salic. 1. t. 9. 10. f. 1-4.

Habitat paſſim in ingria; frequens ad ductus aquarum circa viam Peterhovianam et Wiburgenſem. Floret Aprili, Majo. ♄ Ветла, ſive Верба. Russ. Верба тримужная. Sob.

Digitized by Google

632. SALIX PENTANDRA. Foliis ovatis acutis ſerratis glabris floribus pentandris. (Petioli multiglanduloſi.) (G.) Flor. dan. t. 943. Salix pentandra, officin.

In inſula Petri copioſa arbuſcula eſt ſed nec alibi hoſpes. Flort Majo. ♄ Ветла, ſive Ива, Russ. Верба пятимужная. Sob.

633. SALIX FRAGILIS. Foliis ſerratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glanduloſis. (Folia juniora utrinque pilis albidis adpreſſis obſita.) (Sob.) Flor. lapp. t. 8. f. B.

Ad ſepes hortorum in regione Wiburgenſi, et inſula apothecaria aliisque Arbor procera ſatis vulgaris. Floret Majo. Ива, ſive Верба. Russ. Верба ломкая. Sob.

634. SALIX PURPUREA. Foliis ſerratis glabris lanceolatis, inferioribus oppoſitis. (Sob.)

Habitat in ſylvis circa Strelinam et ad ſepes hortorum ubique Petropoli, arbor mediocris altitudinis. Floret Aprili, Majo. ♄ Верба красная. Russ.

635. SALIX MYRTILLOIDES. Foliis integris glabris ovatis acutis. (R.) Flor. lapp. t. 8. f. K.

Habitat in montoſis circa Petropolim. Floret Majo. ♄ Верба черниколистая. Sob.

636. SALIX AURITA. Foliis integerrimis utrinque villoſis obovatis, appendiculatis. (R.) Hoffm. Salic. 1. p. 30. t. 4. f. s. 2. et t. 5. f. 3.

Habitat ad ductus aquarum paſſim. Floret Majo. ♄ Тальникъ, ſive Ветла. Russ. Верба ушистая. Sob.

Digitized by Google

637. SALIX LANATA. Foliis integerrimis utrinque lanatis ſubrotundis acutis. (R.) Flor. lapp. t. 7. f. 7. et t. 8. f. N. et X.

Habitat in montoſis humidis circa Petropolim. Floret Majo. ♄ Тальникъ, ſive Ветла. Russ. Верба мохнатая. Sob.

638. SALIX ARENARIA. Foliis integris ovatis acutis ſupra ſubvilloſis, ſubtus tomentoſis, (candicantibus, non nigris.) (G.) Flor. dan. t. 197.

Creſcit ad ductum aquarum Ladogenſem, et circa Fabricam pyriam Ochtenſem copioſe. Floret Majo. ♄ Тальникъ. Russ. Верба песочная. Sob.

639. SALIX INCUBACEA. Foliis in tegerrimis lanceolatis: ſubtus villoſis nitidis, ſtipulis ovatis acutis. (Radice repente, ramis decumbentibus, foliis ſubtus glaucis.) (G.)

Habitat paſſim in pratis et fructicetis humidis. Floret Majo. ♄ Тальникъ. Russ. Верба лежачая. Sob.

640. SALIX FUSCA. Foliis integerrimis ovatis ſubtus pubeſcentibus. (Caules diffuſiſſimi, ramis fuſcis, foliis fuſco-viridibus ſubſeſſilibus; amento oblongo, ſquamis ciliatis atrorubentibus, intus fuſceſcentibus, genitalibus rubris.) (R. Sob.) Iacq. Flor. auſtr. 5. t. 409.

Habitat in pratis humidis circa Murinam, et Pargelovium. Floret Majo. ♄ Верба темная. Russ. Sob.

641. SALIX ROSMARINIFOLIA. Procumbens foliis integerrimis lanceolato-linearibus ſtrictis ſubſeſſilibus ſubtus tomentoſis. (Supra ſuturate

Digitized by Google

viridefcentibus, nudis, ſubtus ex decumbente pube albidis, margine revoluto. Caulis ſaepe in terra latens.) (Sob.) Lobel. ic. 2. p. 137.

Habitat in ſylvis humidis, circa Fabricam pyriam Ochtenſem, ad pagos Rjabova, et Murina. Floret Majo. ♄ Верба розмаринная. Russ. Sob.

642. SALIX CAPREA. Foliis ovatis rugoſis ſubſerratis ſubtus tomentoſis undatis ſuperne denticulatis. ( Filamentis duobus diſtinctis, amenta ex gemmis ſuperioribus. ) ( G. ) Hoffm. ſalic. 1. p. 25. t. 3. f. 1.2. et t. 5. f. 4.

In ſylvis humidis, circa fabricam pyriam Ochtenſem, ad pagos Rjabova, et Murina. Floret Majo. ♄ Верба козья. Russ. Sob.

643. SALIX VIMINALIS. Foliis ſubintegerrimis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis ſubtus ſericeis, ramis virgatis. ( Amenta flava copioſa reflexa, involucrum marium flavo-rubrum; ſquamulae virides in foeminis.) (G.) Hoffm. ſalic. 1. t. 2. f. 1. et t. 5. f. 2.

Ad pagos paſſim. Floret Aprili, Majo. ♄ Ива, ſive Лоза. Russ. Верба лозная. Sob.

644. SALIX CINEREA. Foliis ſubſerratis oblongo-ovatis ſubtus ſubvilloſis, ſtipulis dimidiato-cordatis. (Amenta florum fuſca, infra folia collocata. Pedunculo foliolis aliquot minimis, lanceolatis. Stipulae dimidiato-cordatae, utrinque ſerratae glandulis tribus.) (Sob.)

Habitat in monte Pulcovo et paſſim in ſylvis humidis. Floret Aprili, Majo. ♄ Верба сѣрая. Russ. Sob.

Digitized by Google

645. SALIX ALBA. Foliis lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glanduloſis. (Folia ſubtus albida, quaſi polline inſperſa; involucrum marium bifidum, ſquamae patulae villoſae.) (Sob.) Blackw. herb. t. 327.

Habitat circa ſepes hortorum in vico Strelina et paſſim in ſylvis arbor procera, excelſa. Floret Aprili, Majo. ♄ Верба бѣлая. Russ. Sobol.

## TRIANDRIA.

EMPETRUM. Calyx tripartitus. Corolla tripetala.

Mas: Stamina longa.

Foemina: Stigmata novem. Bacca orbiculata unilocularis. Semina novem articulatim in orbem poſita.

646. EMPETRUM NIGRUM. Procumbens. (G.) Mill. illuſt. ic. Flora dan. t. 975.

Circa urbem Schlüſſelburg tam in pratis quam etiam in ſylvis inter ericam et ad ductum aquarum Ladogenſem frequens eſt. Creſcit etiam in monte Poclonnaja, Pargelovii et Oſinova Roſchza, et prope Czeſma; locis humidis. Floret Aprili, Majo. ♄ Ерникъ ягодный. Russ. Sobol.

## TETRANDRIA.

MYRICA. Flores amentacei. Amentum ſquamis lunatis. Calyx diphyllus. Corolla nulla.

Digitized by Google

Foemina: Styli duo. Bacca, ſive drupa monoſperma, ſupera, unilocularis.

647. MYRICA GALE. Foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffrutieoſo. (Fructu ſicco.) (G.) Flor dan. t. 327.

Habitat in Inſulis Nevae fluvii praeſertim in ea quae nomen a rotunditate habet. Floret Iunio, Iulio. ♄ Пахучка сухоягодная. Russ. Sob.

## PENTANDRIA.

HUMULUS. Corolla nulla.

Mas: Calyx pentaphyllus.

Foemina: Calyx monophyllus, oblique patens, integer; involucrum tetraphyllum. Styli duo. Semen unicum intra calycem foliatum.

648. HUMULUS LUPULUS. (Caulis volibilis, folia inferiora triloba.) (G.) Knorr del. hort. 2. t. l. 5. Lupulus, officin.

Habitat in ſylvis umbroſis circa Caterinhoffium, ad pagum Camennoy Nos et paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ♂ et ♃ Хмѣль. Russ.

## OCTANDRIA.

POPULUS. Flores amentacei. Calyx, lamina lacera. Corolla turbinata obliqua integra.

Foemina: Stigma quadrifidum. Capſula unilocularis aut bilocularis, bivalvis. Semina multa pappoſa.

Digitized by Google

649. POPULUS TREMULA. Foliis ſubrotundis dentato-angulatis utrinque glabris. (Glandulis duabus ad baſin coadunatis. Petioli apice compreſſi, unde folia tremula.) (G.) Blackw. herb. t. 248.

Ubivis in ſylvis frequens eſt. Floret Aprili, Majo. ♄ Осина. Russ.

## ENNEANDRIA.

MERCURIALIS. Calyx tripartitus. Corolla nulla.

Mas: Stamina novem, aut duodecim. Antherae globoſae, didymae.

Foemina: Styli duo. Capſula dicocca, bilocularis, monoſperma.

650. MERCURIALIS PERENNIS. Caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. (G.) Flor dan. t. 400. Mercurialis, officin.

Habitat in ſylvis humidis umbroſis prope fluvium ſiſtam, in montibus Pulcovo et Duderovo, atque in aliis locis ſimilibus. Floret Majo, Iunio. ♃ Полѣска. Russ. Полѣска многолѣтная. Sob.

HYDROCHARIS. Calyx trifidus. Corolla tripetala.

Mas: Spatha diphylla. Filamenta tria interiora ſtylifera; (exteriora mediaque baſi connata.)

Foemina: Styli ſex. Capſula ſexlocularis, polyſperma, infera.

Digitized by Google

651. HYDROCHARIS MORSUS RANAE. (Foliis circinatis, floribus albis.) (G.) Flor dan. t. 878.

Habitat ubique in paludibus, praecipue circa Caterinhoffium prope pagum Tenteleva, et ad viam Peterhoffianam. Floret Iulio. ⨀ et ♃ Лягушникъ. Ruſs. Водопріятность лягушная. Sobol.

# MONADELPHIA.

JUNIPERUS. Mas: Amentum floribus ter tribus oppoſitis. Calyx, ſquama, corolla nulla. Stamina in floſculo terminali duo. Drupa ſucculenta, clauſa, polypyrena.

Foemina: Calyx tripartitus. Petala tria. Styli tres, calycis tuberculis tribus inaequalis unilocularis, glandulis balſamiferis ad baſin enternam ſtipati. Bacca ſive Drupa triſperma.

652. JUNIPERUS COMMUNIS. Foliis ternis patentibus mucronatis bacca longioribus. (G.) Flor. dan. t. 1118. Juniperus, officin.

Habitat in ſylvis circa Strelinam, Peterhoffium, ad pagum Rjabova, et paſſim. Floret Aprili, Majo. ♄ Можжевельникъ, ſive можжуха. Ruſs.

# CLASSIS XXIII.

# POLYGAMIA.

# MONOECIA.

HOLCUS. Hermaphroditus: Calyx, Gluma ſubbiflora bivalvis. Corolla. Gluma ariſtata. Stamina tria. Styli duo. Semen unicum.

Mas: Calyx, Gluma bivalvis. Corolla nulla. Stamina tria.

653. HOLCUS LANATUS. Glumis bifloris villoſis: floſculo hermaphrodito mutico; maſculo ariſta recurva. (Folia pubeſcentia, ſuperiora alaria contracta; Vaginae laxae ſtriatae villoſae. Floſculi nonnulli in ramulis inferioribus paniculae ſteriles emarcidi: glumae antherae que virides rubreve.) (R. Sob.) Schreb. gramin. t. 20. f. 1.

Habitat in monte Poclonnaja, Pargelovii, et Oſinova Roſchcza, et paſſim in pratis montoſis declivibus. Floret Iunio, Iulio. ♃ Просяникъ мохнатый. Russ. Sob.

654. HOLCUS ODORATUS. Glumis trifloris muticis acuminatis, floſculo hermaphrodito diandro. (Sob. R.) Loeſ. fl. pruſſ. t. 26.

Habitat in ſylvis herboſis et pratis elevatis Oſinovae Roſchczae. Floret Iunio, Iulio. ♃ Просяникъ пахучій. Russ. Sob.

Digitized by Google

PARIETARIA. Flores mere foeminei hermaphroditis in eodem trunco interſiti. Calyx quadrifidus. Corolla nulla.

Semen unicum ſuperum, elongatum. (Flores hermaphroditi duo in involucro hexaphyllo, foliolis duobus exterioribus majoribus; hermaphroditus unus inter foeminas duas.)

655. PARIETARIA OFFICINALIS. Foliis lenceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. (Folia hirſuta venoſa; calyx ſegmentis rubellis. Flores foeminei tetragoni, pyramidati. Caule ſimplici, floribus inferioribus pluribus maſculis pedicellatis: ſuperioribus foemineis ſeſſilibus. Filamenta antea ſummo artificio ſpiraliter intorta, inſtante foecundatione elaſtice diſſiliunt.) (R.) Flor. dan. t. 521. Parietaria, officin.

Habitat in ruderatis circa Petropolim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Стѣнная трава, ſive день и ночѣ. Russ.

ATRIPLEX. Corolla nulla. Flores alii hermaphroditi, alii in eadem planta mere foeminei.

Hermaphroditus: Calyx pentaphyllus. Stamina quinque. Stylus bipartitus. Semen unicum depreſſum; erectum.

Foemina: Calyx diphyllus. Semen unum, compreſſum.

656. ATRIPLEX PATULA. Caule herbaceo patulo foliis ſubdeltoideolanceolatis, calycibus ſeminum diſco dentatis. (Caulis diffuſus subquadrangularis: ramis patentibus elongatis, folia

Digitized by Google

haſtata lanceolataque integra. Floſculi maſculi tetrandri, valvulae dentatae.) G.) Lob. ic. 257.

Habitat in cultis, ruderatis hortiſque oleraceis, prope pagum et fluvium Siſtam, necnon in ipſa urbe Petropoli et paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ⊙ Лебеда розвилистая. Russ. Sob.

ACER. Flores multi mere maſculi reliquis (hermaphioditis) interjecti. Calyx quinquefidus. Corolla quinquepetala. Stamina octo. Piſtillum unum (hermaproditis) capſulae duae aut tres, monoſpermae, ala terminatae.) (Samarae duae, unialatae.)

657. ACER TATARICUM. Foliis cordatis indiviſis ſerratis: lobis obſoletis, floribus racemoſis. (R.) Pallas fl. roſſ. t. 3.

Habitat in ſylvis et inſulis Nevae fluvii rarius. Floret Aprili, Majo. ♄ Кленъ татарскій. Russ.

658. ACER PLATANOIDES. Foliis quinque-lobis dentatis; dentibus acuminatis, glabris, corymbo ſimplici erecto. (Cortex laevis. Corymbus et ſamarae glabra: alis patentibus. Lacteſcit. (G.) Mill. ic. t. 8. f. 1.

Habitat in ſylvis montoſis circa vicum Hoſtilitza, et paſſim. Elegans arbor, et ad hortorum ſepes et ambulacra in maximo uſu. Floret Majo, Iunio. ♄ Кленъ. Russ.

## DIOECIA.

FRAXINUS. Calyx nullus, aut perianthium quadripartitum. Corolla nulla, aut quadripetala.

Digitized by Google

Hermaphroditus: Stamina duo. Piſtillum unum. Semen unicum lanceolatum. (Samara.)

Foemina: Piſtillum unum, lanceolatum. Capſula bilocularis, ſuperne foliaceo-compreſſa. Semina pauca pendula.

659. FRAXINUS EXCELSIOR. Foliolis ſerratis, floribus apetalis. (Flores omnes hermaphroditi. Gemmae laterales racemos, terminales folia promunt.) (G.) Flor. dan. t. 969. Fraxinus, officin.

Habitat in ſylvis montoſis circa Sarſcoje Selo, et Peterhoffium, creſcit etiam copioſe in inſula rotunda, atque ad ſepes hortorum paſſim. Floret Majo. ♄ Ясенѣ, ſive ясень. Russ.

# CLASSIS XXIV.

# CRYPTOGAMIA.

## FILICES.

EQUISETUM. Clava, ſeu ſpica ovato-oblonga multivalvis: fructificationes peltatae intus dehiſcentes. Filamenta duo, apicibus duobus antheriferis.

660. EQUISETUM SYLVATICUM. Frondibus compoſitis, ſpica terminali flaccida. (Setis verticillatis viginti quatuor ad triginta.) (G.) Weinm. phytanth. t. 479. f. F.

Digitized by Google

Habitat in ſylvis umbroſis paſſim. Floret Aprili, Majo. ♃ Хвощѣ лѣсный. Russ. Sob.

661. EQUISETUM ARVENSE. Scapo fructificante nudo, fronde ſterili verticillato-ramoſo decumbente.) (Simile Aſparagis.) (G.) Curtis Flor. Londin. t. 285. Equiſetum, officin.

Habitat in arvis et pratis arenoſis ſiccis. Floret Aprili, Majo. ♃ Хвощѣ полевый. Russ. Sob.

662. EQUISETUM PALUSTRE. Caule angulato, frondibus. ſimplicibus (Setis verticillatis paucis.) ( Sob. ) Weinm. phytanth. t. 479. f. d. e.

Creſcit abunde in paludibus circa Fabricam pyriam Ochtenſem , et in inſulis Nevae fluvii paſſim. Floret Majo. ♄ Хвощѣ болотный. Russ. Sob.

663. EQUISETUM FLUVIATILE. Caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus, (vaginis quatuordecim ad octodecim dentatis.) (Sob. R.) Blackw. herb. t. 2. 17. f. 2. Equiſetum majus, officin.

Habitat in fluvio Neva et in rivulis circa inſulam lapideam, et apothecariam atque aliis in locis ſimilibus. Floret Iunio. ♃ Хвощѣ рѣчный. Russ. Sob.

664. EQUISETUM LIMOSUM. Caule ſubnudo laevi. (R. Sob.) Saj. Angl. 3. t. 5. f. 2.

Habitat in limoſis circa Petropolim, uti circa fabricam porcellaneam, Murinam, Czornaja Reczca, et paſſim. Floret Majo, Iunio. ♃ Хвощѣ иловастый. Russ. Sob.

Digitized by Google

665. EQUISETUM HIEMALE. Caule nudo ſcabro baſi ſubramoſo. (G.) Regn. bot. t. 401.

Paſſim ad paludes. Floret Auguſto. ♃ Хвощъ. Russ. Хвощъ зимній, ſive обыкновенный. Sob.

LYCOPODIUM. Fructificationes in axillis ſquamarum in ſpicas oblongas imbricatas digeſtarum, vel (diſtinctae,) ipſorum foliorum, axillares, ſeſſiles. Capſulae? reniformes, bivalves, elaſticae diſſilientes, polyſpermae. Flos maſculus in alis foliorum, ſquama oblonga. Foemineus, perianthium tetraphyllum.

666. LYCOPODIUM CLAVATUM. Foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis. (Funiculis repentibus lanuginoſis longis. Variat ſpicis ſotilariis.) (G.) Flor. dan. t. 126. Lycopodium, officin.

Habitat in ſylvis; Caterinhoffii, in inſulis, apathecaria, baſilenſi et paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Плаунъ. Russ. Волконожіе булавистое. Sobol.

667. LYCOPODIUM SELAGO. Foliis ſparſis octofariis, caule dichotomo erecto faſtigiato, capſulis ſparſis. (G.) Flor. dan. t. 104. Muſcus terreſtris, officin.

Ad fluvium Iugam et Lemodſcham in ſylvis, nec non Pargelovii, et paſſim in humidis. Floret Auguſto. ♃ Баранецъ. Russ. Волконожіе ельчатое. Sobol.

668. LYOPODIUM ANNOTINUM. Foliis ſparſis quinquefariis ſubſerratis, ſurculis annotino-articulatis, ſpicis terminalibus glabris erectis. (Rami



Digitized by Google

plerumque in tres aut quatuor alios dividuntur. Glumae clavarum latae, ſubmembranaceae nonnihil lacerae, in longum et piliformem apicem excurrunt.) (G.) Flor. dan. t. 127.

In inſula baſileenſi, lapidea, apothearia, Caterinhoffii, et paſſim in nemoribus. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Волконожіе годочленистое. Russ. Sobol.

669. LYCOPODIUM COMPLANATUM. Foliis bifarium connatis; ſuperficialibus ſolitariis, ſpicis geminis. (Variat ſpicis ſolitariis.) (G.) Flor. dan. t. 78.

Habitat in monte Poclonnaja, Pargelovii, et paſſim in ſylvis montoſis arenoſis, et ericetis ſterilibus. Floret Auguſto, Septembri. ♃ Волконожіе плоское. Russ. Sob.

OPHIOGLOSSUM. Spica diſtica, articulata: articulis tranſverſim dehiscentibus, ſubgloboſis. (Capſulae numeroſae membrana connatae, maturae tranſverſim dehiſcentes, annulo nullo.)

670. OPHIOGLOSSUM VULGATUM. Fronde ovata, ſcapo unifolio, (flaveſcente, folio avato-oblongo.) (L.) Flor. dan. t. 147.

Habitat in pratis ſylvaticis ſabhumidis rariſſima. In ſylva circa Caterinhoffium duo tantum ſpecimina Invenit. D. Laxmann. In ſulva inſulae baſileenſis unum Exemplar legit Sobolewſki. Floret Majo. ♃ Змѣиный языкъ. Russ.

OSMUNDA. Spica ramoſa: capſulis ſubgloboſis, ſeſſilibus, tranſverſe dehiſcentibus. Annulo nullo.

Digitized by Google

671. OSMUNDA LUNARIA. Fructificationibus cauli ad baſin frondis inſidentibus, ſcapo ſolitario, racemo laterali, fronde ſolitaria pinnata. (Variat fronde ſimplici et compoſita.) (G.) Flor. dan. t. 18.

In inſulis Nevae fluvii locis apertis et ſiccis, atque in pratis montoſis, et ad margines ſylvarum Pargelovii, aliarumque. Floret Iunio, Iulio. ♃ Богородицына ру́чка. Russ. Чистоустъ полумѣсячный. Sobol.

672. OSMUNDA REGALIS. Fructificationibus frondi inſidentibus, fronde bipinnata, racemo terminali ſupradecompoſito. (Pinnis lanceolatis, apice racemiferis.) (L.) Flor. dan. t. 217.

Habitat in nemoribus humidis, ad rivulos, circa pagum Lembalova. Floret Auguſto. ♃ Чистоустъ царскій. Russ. Sob.

673. OSMUNDA STRUTHIOPTERIS. Fructificationibus frondi inſidentibus, in frondibus diſtinctis: frondibus ſterilibus bipinnatis, ſcapo fructificante pinnato diſticho. (G.) Flor. dan. t. 169.

In inſulis Nevae fluvii, lapidea, baſileenſi, crucis, et in umbroſis montis Pulcovi frequentiſſima planta eſt. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Черный папоротникъ. Russ. Чистоустъ струсоперистый. Sob.

674. OSMUNDA RAMOSA. Racemis lateralibus, frondibus bipinnatis: pinnulis inciſis. (Minor, ramis plerum tribus bipinnatis, ſcapo laterali, infra nudo, ſupra racemoſo.) (Sob.) Roth. flor. german. p. 444.

Digitized by Google

Habitat in pratis declivibus, ad margines ſylvarum, locis apricis, et in ripis lacuum Oſinovae Roſchczae. Floret Auguſto, Septembri. ♃ Чистоустъ вѣтвистый. Russ. Sob.

PTERIS. Fructificationes ſive capſulae in lineam digeſtae, ſubtus cingentem frondis marginem.

675. PTERIS AQUILINA. Frondibus ſupradecompoſitis, pinnis pinnatis; pinnulis lanceolatis; infimis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus. (G.) Blackw. herb. t. 325. Filix foemina, officin.

Creſcit copioſiſſime in ſylvis ceduis montoſis; in monte Poclonnaja, Pargelovii, circa fabricam pyriam Ochtenſem et paſſim. Floret Auguſto, Septembri. ♃ Орлякъ, ſive женскій папоротникъ. Russ. Крыло орлиное. Sob.

ASPLENIUM. Fructificatlones ſive capſulae in lineas rectas ſubparallelas in diſco frondis paginae inferioris congeſtae.

676. ASPLENIUM TRICHOMANOIDES. Frondibus pinnatis, pinnis ſubrotundis crenatis. (R.) Flor. dan. t. 119. Polytrichum, officin.

Habitat in montoſis circa Petropolim. Floret Majo. ♃ Роса каменная. Russ.

POLYPODIUM. Fructificationes ſive capſulae per inferiorem frondis partem in globulos diſpoſitae.

677 POLYPODIUM VULGARE. Frondibus pinnatifidis, laciniis oblongis ſubſerratis obtuſis, radice ſquamata, (paleis ferrugineis.) (F.) Zorn plant. offic. ic. 1. t. 46. Polypodium, officin.

Digitized by Google

Habitat in ſaxoſis circa Petropolim. Floret Majo. ♃ Папоротникъ солодковый. Russ.

678. POLYPODIUM PHEGOPTERIS. Frondibus ſubbipinnatis, pinnis oppoſitis: ſuperioribus pinnula trapezoide conjunctis, infimo pari deflexo, pinnulis obtuſis, glomerulis capſularum dimidiam marginis partem occupantibus. (G.) Bolton. fil. Brit. 1. t. 20.

Creſcit ubique in ſylvis humidis umbroſis. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Папоротникъ вязовый. Russ. Sob.

679. POLYPODIUM CRISTATUM. Frondibus ſubbipinantis, pinnulis oblongis obtuſis ſerratis: ſerraturis ciliatis, glomerulis capſularum duplici ſerie diſpoſitis. (Sob. R.) Bolton fil. Brid. 1. t. 23.

Habitat in ſeptentrionali regione montis Duderovii, alias nullibi obſervatum. Floret Auguſto. ♃ Папоротникъ гребенчатый. Russ. Sob.

680. POLYPODIUM FILIX MAS. Frondibus bipinnatis, pinnulis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo, (ſemicylindrico. Flores reniformes.) (G.) Blackw. herb. t. 323. Filix mas officin.

Ad radices arborum in ſylvis umbroſis humidis paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Папоротникъ. Russ. Папоротникъ мужескій. Sob.

681. POLYPODIUM FILIX FOEMINA. Fronde bipinnata: pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. (Flores ovati, ſubciliati, ſolitarii.) (G.) Blackw. herb. t. 325.

In umbroſis inſulae lapideae et paſſim. Floret Iulio. ♃ Папоротникъ женскій. Russ. Sob.

Digitized by Google

682. POLYPODIUM THELYPTERIS. Fronde bipinnata: pinnis pinnatifidis integerrimis ſubtus undique glomerulis capſularum tectis. Olim Acroſtichum Thelipteris. (G.) Flor. dan. t. 760.

Ad radices arborum frequens eſt. Floret Iulio. ♃ Папоротнилъ мягкокрылый. Russ. Sob.

683. POLYPODIUM REGIUM. Frondibus bipinnatis, pinnis ſuboppoſitis; pinnulis alternis laciniatis. (Sob.) Vaillant. flor. paris. t. 9. f. 1.

Habitat in ſylvis humidis umbroſis inter Sarſcoje ſelo et urbem Gatczinam. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Папоротникъ Царскій. Russ. Sobol.

684. POLYPODIUM DRYOPTERIS. Frondibus ſnpradecompoſitis: foliolis ternis bipinnatis. (G.) Flor. dan. t. 759.

Creſcit ad arborum radices in locis humidis paſſim. Floret Iunio, Iulio. ♃ Папоротникъ дубовый. Russ. Sob.

ISOETES. Flores maſculi: Anthera intra baſin frondis ſeſſilis. Fructificatio foeminea: Capſula bilocularis intra baſin frondis.

685. ISOETES LACUSTRIS. Foliis ſubulatis ſemiteretibus recurvis. (Folia cepacea faſciculata radicalia, baſi interiori florifera.) (P.) Flor. dan. t. 195.

Habitat circa Petropolim in fundis lacuum. Floret Iulio. ♃ Полушилица озерная. Russ. Sobol.

Digitized by Google

# M U S C I.

## I.

Frondoſi petalo calyptrato ſtyligero, baſi dehiscente; capſula operculata. Hedwigii.

SPHAGNUM. Flos malculus? clavatus: antheris planis, (e ramulis ſuperioribus.) Capſulae in eadem planta; operculatae ſeſſiles ſine calyptra integra: ore laevi.

686. SPHAGNUM PALUSTRE. Ramis deflexis. (Foliis ovato-carinatis, reticulato punctatis pellucidis. Capſulae diſſiliunt cum ſono et crepitu.) (G.) Flor. dan. t. 474.

Habitat ubique in paludibus. In diſtrictu coporienſi integras paludes tegit. Variet etiam colore rubro. Floret Iunio, Iulio. ♃ Moxъ. Russ. Моxъ обыкновенный. Sob.

FONTINALIS. Gemma in eadem planta cum capſula ſubſeſſili perichaetiis imbricato-obvoluta et calyptra minuta.

687. FONTINALIS PENNATA. Foliis bifariis patentibus, antheris (capſulis) lateralibus. Lin. (R.) Dillen. muſc. 250. t. 32. f. 9.

Habitat in ſylvis umbroſis humidis ad trrncos arborum circa Petropolim. Floret Aprili. ♃ истоочница перистая. Russ. Sob.

BUXBAUMIA. Gemma orbicularis. Capſula pedunculata: periſtomate externo ſexdecim dentato: interno membranaceo plicato.

688. BUXBAUMIA APHYLLA. Aphylla, pedunculo elongato. (R.)

Habitat in ſylvis diſtrictus Carelienſis. Floret Iunio. ♃ Мохъ безлиспный. Russ. Sob.

SPLACHNUM. Gemma orbicularis, terminalis. Capſula in alia planta cylindrica cum calyptra et apophyſi maxima: periſtomate octodentato.

689. SPLACHNUM AMPULLACEUM. Umbraculo ampullaceo obconico. (G.) Flor. dan. t. 822.

In paluſtribus circa Kalinkinam et Caterinhofſium. Floret Iunio, Iulio. ♃ Мохъ пузырисшый. Russ. Sob.

POLYTRICHUM. Gemma orbicularis, terminalis. Capſula in alia planta calyptra munita, periſtomatis externi dentibus triginta duobus.

690. POLYTRICHUM COMMUNE. Surculo ſimplici prolifero, foliis lineari lanceolatis, ſerrulalatis, capſulis oblongis tetraëdris, calyptris villoſis. (G.) Hedwig. hiſt. muſc. frond. 1. t. 9. f. 62 - 64. et 2. t. 7. f. 37. Adianthum aureum, officin.

In locis humidis circa Murinam, et ad Cemeterium ſti. Iohannis integros colliculos veſtit. Floret Majo. ♃ Кокушкинъ ленъ обыкновенный. Russ. Sob.

691. POLYTRICHUM JUNIPERINUM. Surculo ſimplici prolifero, foliis lineari-lanceolatis integerrimis mucronatis, capſulis oblongis tetraëdris: calyptris villoſis. (Sob.) Flor. dan. t. 195.

Digitized by Google

Habitat in uliginoſis et umbroſis Pargelovii, et Murinae. Floret Majo. ♃ Кокушкинъ ленъ гладколистый. Russ. Sob.

692. POLYTRIBHUM PILIFERUM. Surculo ſimplici, foliis lanceolatis integerrimis, apice piliferis, capſulis cylindricis: operculi acumine longe producto: calyptris villoſis. P. commune γ. Linn. (Sob.) Dillen. muſc. t. 54. f. 3.

Habitat in locis turfaceis circa Monaſterium Alexandronewsky. Floret Aprili, Majo. ♃ Кокушкинь ленъ волосковатый. Russ. Sob.

693. POLYTRICHUM UNDULATUM. Surculo ſimplici, foliis lanceolatis ſerratis undulatis, capſulis cylindricis: operculi acumine longe producto; calyptris dimidiatis glabris. Bryum undulatum. Linn. (R.) Hedwig. crypt. 2. p. 46. t. 15. /3

Habitat in ſylvis humidis. Floret Majo. Кокушкинъ ленъ волнистый. Russ. Sob.

MNIUM. Gemma orbicularis, rarius capitata. Capſulae, ut plurimum in alia planta, calyptra munitae: periſtomatis dentibus ſexdecim, rarius quatuor.

I.

Gemmis capſulisque in eadem planta. Periſtomate interno ciliis ſexdecim membranaceis planis. Funaria, ſeu Koelreutera.

---

Obſerv. Muſci frondoſi Hedwigii omnes ſunt, ut videt. perennes, florent primo vero et äutumno, in his regionibus, in temperatioribus vero plurimi hyeme.

Digitized by Google

694. MNIUM HYGROMETRICUM. Surculo ſubſimplici, foliis oblongis acuminatis, capſulis ovatis nutantibus: operculis planis. (R.) Flor. dan. t. 648.

Habitat in ſylvis apricis circa Petropolim. Floret Aprili, Majo. Звѣздочный мохъ водомѣрный. Russ. Sob.

2.

Gemmis capſulisque in diverſa planta, illis capitatis harum periſtomate ſimplici; periſtomatis dentibus quatuor. Tetraphis, ſive Georgia.

695. MNIUM PELLUCIDUM. Surculo ſimplici, foliis ovatis, capſulis cylindricis. (R.) Flor. dan. t. 300.

In uliginoſis circa Petropolim. Floret Aprili. Звѣздочный мохъ прозрачный.

3.

Periſtomatis dentibus ſexdecim. Dicranum.

696. MNIUM PURPUREUM. Surculo ramoſo, foliis oblongis acutis carinatis, capſulis ſubcylindricis, ſetis axillaribus. (R.) Dillen. muſc. t. 49. f. 51.

In pratis et paſcuis. Floret. Majo. Звѣздочный мохъ пурпуровый. Russ. Sob.

697. MNIUM SCOPARIUM. Surculo ramoſo, foliis lineari-lanceolatis recurvis ſecundis, capſulis erectis, oblongo-cylindricis-operculis conicis acuminatis. Olim Bryum ſcoparium. Linn. (G.) Hedwig. fund. hiſt. muſc. frond. 2. t. 8. f. 41. 42.

In ſylvis inſulae Baſileenſis et paſſim. Floret Majo. Звѣздочный мохъ вѣничный Russ. Sob.

698. MNIUM HETEROMALLUM. Surculo ſimplici, foliis ſetaceis recurvis, capſulis ovatis: operculis acuminatis recurvis. Bryum heteromallum. Linn. (G.) Hedw. crypt. 3. p. 72. 4. 26.

Ad foſſas viarum. Floret Aprili, Majo. Звѣздочный мохъ разносторонный. Russ. Sob.

4.

Periſtomate interno e membrana ciliis difformibus.

699. MNIUM FONTANUM. Surculo ſubramoſo erecto, foliis lanceolatis apice ſetaceis incurvis, capſulis ſubrotundis obliquis: operculo conico umbilicato obtuſo. (R.) Flor. dan. t. 299.

Habitat ad fontes et rivulos paludoſos. Floret Majo. Звѣздочный мохъ ручейный. Russ. Sob.

700. MNIUM PALUSTRE. Surculo ramoſo dichotomo, foliis ſubulatis acutis carinatis, capſulis oblongis; operculis conicis. (R.) Dillen. muſc. t. 31. f. 3.

In paludibus frequens eſt. Floret Aprili, Majo. Звѣздочный мохъ болотный. Russ. Sob.

701. MNIUM CAESPITITIUM. Capſulis pendulis, foliis lanceolatis acuminato-ſetaceis, pedunculis longiſſimis. (R.) Hedwig. fnnd. hiſt. muſc. frond. 2. 4. 3. f. 12. et. 4. 10. f. 67.

5.

702. MNIUM SERPYLLIFOLIUM. Capſulis cernuis, pedunculis aggregatis, foliis obovatis inte-

Digitized by Google

gerrimis obtuſis punctatis. (G.) Dillen. muſc. t. 53. f. 81.

Habitat in monte Duderovo, et in inſulis apothecaria lapidea, Baſileenſi que frequens eſt. Floret Aprili, Majo. Звѣздочный мохъ кругло-листый. Russ. Sob.

703. MNIUM CUSPIDATUM. Capſulis nutantibus, pedunculis aggregatis foliis ovatis acutis ſerratis. (G.) Vaill. pariſ. 26. f. 18.

In ſylvis humidis paſſim. Floret Aprili, Majo. Звѣздочный мохъ остролистый. Russ. Sob.

704. MNIUM PROLIFERUM. Capſulis nutantibus pedunculis aggregatis, foliis roſaceo-congeſtis lanceolatis acutis. (G.) Dillen. muſc. t. 52. f. 77.

Habitat in ſylvis humidis, et hortis. Floret Aprili, Majo. Звѣдочный мохъ плодовитый. Russ. Sob.

705. MNIUM UNDULATUM. Capſulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis oblongis undulatis ſerrulatis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 52. f. 76.

Habitat in memoribus humidis circa fabricam pyriam Ochtenſem et paſſim. Floret Aprili, Majo. Звѣздочный мохъ волнистый. Russ. Sob.

BRYUM. Gemmae ſaepe axillares, nunc in alia, nunc in eadem planta cum capſulis calyptra munitis, pedunculo terminali ex tuberculo exeunti inſidentibus.

Digitized by Google

1.

Gemmis conſpicuis nullis. Webera

706. BRYUM POMIFORME. Surculo ramoſo, foliis lineari-lanceolatis ſeta terminatis imbricato-patulis, capſulis ſphaericis: operculo plano. (G.) Dill. muſc. t. 44. f. 1.

Habitat circa Murinam in ſylvis, et paſſim. Floret Majo. Узловый мохъ яблочковый. Russ. Sob.

707. BRYUM MNIOIDES. Surculo ſubſimplici, foliis linearibus, capſulis pyriformibus nutantibus: operculis conicis. Olim Mnium pyriforme. Linn. (G.) Hedwig. Cryptog. 1. t. 3. et fundam. hiſt. muſc. frond. 1. t. 3. f. 12.

Habitat in ſylvis ad Saxa. Floret Aprili, Majo. Узловый мохъ грушкоголовый. Russ. Sob.

2.

Periſtomate ſexdecim-dentato, ſimplici; gemmis axillaribus. Leerſia.

708. BRYUM PULVINATUM. Surculo ramoſo, foliis oblongis piliferis, capſulis, ſubrotundis nutantibus: calyptris minutis. (R.) Dillen. muſc. t. 50. f. 65.

Habitat in tectis et ſaxis. Floret Aprili, Majo. Узловый мохъ пыльный.

3.

Periſtomate praeter dentes ciliis ſpiraliter convolutis munito: Tortula.

709. BRYUM SUBULATUM. Surculo breviſſimo ſimplici, foliis ovatis obtuſiuſculis, capſulis cy-

Digitized by Google

lindricis: operculo conino acuto. ( R. ) Hedwig. fund. hiſt. muſc. frond. 2. t. 8. f. 38 - 40.

Habitat in pratis et ſylvis humidis circa Petropolim. Floret Aprili, Majo. Узловый мохъ шилистый. Russ. Sob.

4.

Gemmis in alia, capſulis in alia planta; periſtomate nudo: Gymnoſtomum.

710. BRYM TRUNCATULUM. Foliis explanatis mucronatis, capſulis truncatis. (R. B.) Hedwig. crypt. 1. p. 13. t. 5.

Habitat ad agros, foſſas, et ſepes. Floret Majo. Узловый мохъ тупоголовый. Russ. Sob.

5.

Periſtomate ſexdecimdentato, ſimplici; gemmis ſparſis: Grimmia.

711. BRYUM APOCARPUM. Capſulis ſeſſilibus terminalibus, calyptra minima. (B. R.) Hedwig. crypt. 1. 4. p. 104. t. 39.

Habitat ad truncos arborum. Floret Aprili. Узловый мохъ верхоголовый. Russ. Sobol.

712. BRYUM SETACEUM. Foliis ſetaceis, capſulis pyriformibus: pedunculis recurvatis. Olim Mnium ſetaceum. Linn. ( R. ) Hedwig. crypt. 4. p. 102. t. 38.

Habitat in aggeribus, ſepibus et muris ſaxiſque, circa Petropolim. Floret Aprili, Majo. Узловый мохъ щетинистый. Russ. Sob.

Digitized by Google

6.

Gemmis terminalibus capitatis. Weiſſia.

713. BRYUM VIRIDULUM. Capſulis ovatis erectis, foliis lanceolatis acuminatis imbricato patulis. (Folia viridiſſima. Capſulae flaveſcentes, ciliatae.) (G.) Curtis Flor. Londin. 132. *a.*

Nabitat in agris, et aggeribus. Locis ſiccis delectatur et terram tapetis inſtar tegit. Узловый мохъ зелененькій. Russ. Sobol.

7.

Periſtomate interno ciliato, ciliis ſpiraliter convolutis. Barbula.

714. BRYUM RURALE. Surculo ramoſo, foliis reflexis obovatis obtuſis apice piliferis, capſulis cylindricis: operculis conicis acutis. (G.) Dillen. muſc. t. 45. f. 12.

Habitat in truncis arborum et tectis ruſticorum. Circa montem Duderovum, et paſſim. Floret Majo. Узловый мохъ деревенскій. Russ. Sob.

8.

Ciliis difformibus e membrana carinata.

715. BRYUM ANDROGYNUM. Surculo ramoſo erecto, foliis lanceolatis patulis, capſulis cylindricis: opecrulis acuminatis, ſeta terminali. Olim Mnium androgynum. Linn. (G.) Flor. dan. t. 299.

In ſylvis humidis frequens. Floret Aprili, Majo. Узловый мохъ мужноженскій. Russ. Sob.

Digitized by Google

716. BRYUM SQUARROSUM. Capſulis obliquis, foliis quinquefariis imbricatis recurvis, caule ferrugineo tomentoſo. (G.) Buxb. cent. 4. t. 65. f. 1.

In pratis humidis circa Caterinhoffium et paſſim. Floret Majo. Узловый мохъ шелушчатый. Russ. Sob.

HYPNUM. Gemmae in alia ut plurimum planta. Capſulae pedunculo laterali ex perichaetio prodeunti inſidentes: periſtomate exteriori ſexdecim-dentato.

I.

Gemmis capſulis que in eadem planta, periſtomate ſimplici. Fiſſidens.

Fronde pinnata.

717. HYPNUM TAXIFOLIUM. Fronde ſimplici baſi ſetifera: pinnis oblongis acutis, capſulis oblongis: operculo acuminato. ( B. R. ) Flor. dan. t. 473. f. 2.

Habitat in ſylvis umbroſis circa Petropolim. Floret Majo. Сучковый мохъ тисолистый. Russ. Sob.

718. HYPNUM BRYOIDEES. Fronde ſimplici apice ſetifera: pinnis oblongis acutis; capſulis oblongis: operculis acutis. ( B. R.) Flor. dan. t. 473. f. 1.

In umbroſis paſſim. Floret Aprili, Majo. Сучковый мохъ узловатый. Russ. Sob.

Digitized by Google

2.

Gemmis in alia, capſulis in alia planta, periſtomatis interni ciliis apice liberis. Neckera.

719. HYPNUM DENDROIDES. Surculo erecto inferne nudo ſuperne faſciculato ramoſo folioſo, foliis linearilanceolatis imbricatis, capſulis ſubcylindricis erectis: operculi roſtello incurvo. (B. R.) Flor. dan. t. 823. f. 2.

In pratis ſylvisque ſubhumidis paſſim. Floret Aprili, Majo. Сучковый мохъ древообразный. Russ. Sob.

720. HYPNUM CURTIPENDULUM. Surculis erectis ramoſis teretibus folioſis, foliis oblongo-ovatis acutis imbricatis, capſulis nutantibus ovatis: operculis acuminatis. (B. R.) Dillen. muſc. t. 43. f. 69.

Habitat ad radices arborum et ſaxorum. Floret Majo. Сучковый мохъ висячеголовый. Russ. Sobol.

721. HYPNUM SERICEUM. Surculo ramoſo repente, foliis oblongis ſeta terminatis ante imbricatis, capſulis erectis cylindricis: operculis acuminatis recurvis. (G.) Curtis fl. Londin. t. 126.

Habitat in pratis ſiccis et ad truncos arborum. Floret Majo. Сучковый мохъ шелковистый. Russ. Sob.

3.

Periſtomatis internis ciliis uniformibus baſi membranacea connexis. Leskea.

722. HYPNUM FILIFOLIUM. Surculis ramoſis; ramis breviſſimis, foliis ſubulatis acutis, capſulis



Digitized by Google

oblongis: operculis conicis obtuſis. (B. R.) Dillen. muſc. t. 42. f. 62.

Habitat ad radices arborum in humidis. Floret Aprili, Majo. Сучковый мохъ нитчатый. Russ. Sob.

723. HYPNUM COMPLANATUM. Frondibus complanatis ramoſiſſimis, foliis diſtichis imbricatis ovato-obtuſis complicatis, capſulis ovatis: operculo conico. (B. R.) Dillen. muſc. t. 34. f. 7.

Habitat at truncos arborum paſſim. Floret Majo. Сучковый мохъ сплюснутый. Russ. Sob.

724. HYPNUM SERPENS. Surculis repentibus filiformibus, foliis ſetaceis, capſulis cylindricis inflexis: operculo conico. (B. R.) Dillen. muſc. t. 42. f. 65. A.

Habitat ad ligna, ſaxa, caudices arborum. Floret Majo. Сучковый мохъ ползучій. Russ. Sob.

4.

Surculis vagis.

725. HYPNUM FLUITANS. Surculis ramoſis, foliis ovatis acutis patulis. Capſulis oblongis obliquis: operculis conicis. (G.) Wilden. prodr. fl. berol. n. 957.

Habitat ad ripas humidas et rivulos. Floret Majo. Сучковой мохъ плывущій. Russ. Sob.

726. HYPNUM TRIQUETRUM. Ramis recurvis, foliis ovatis recurvatis patulis, ſurculis pinnatis. (B. R.) Dillen. muſc. t. 38. f. 28.

Digitized by Google

Habitat in pratis et ſylvis humidis. Floret Aprili et Septembri. Сучковый мохъ троесторонній. Russ. Sob.

5.

Surculis pinnatis.

727. HYPNUM FILICINUM. Surculo ſimpliciter pinnato, foliis oblongis acuminatis reflexis ſecundis, capſulis ſubcylindricis: operculis convexis. (G.) Dillen. muſc. t. 36. f. 19.

Paſſim in ſylvis humidis. Floret Majo. Сучковый мохъ папоротный. Russ. Sob.

728. HYPNUM PROLIFERUM. Surculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. (G.) Curtis fl. Londin. t. 9.

Habitat in truncis arborum circa limites diſtrictus coporienſis et Jamburgenſis, et paſſim. Floret Majo. Сучковый мохъ плодовитый. Russ. Sob.

729. HYPNUM PRAELONGUM. Surculis ſubpinnatis decumbentibus: ramulis remotis, foliis ovatis, capſulis cernuis. (G.) Dillen. muſc. t. 35. f. 15.

Habitat in ſylvis humidis. Floret Majo. Сучковый мохъ предлинный. Russ. Sob.

730. HYPNUM CRISTA CASTRENSIS. Ramulis approximatis; apicibus recurvis. (B. R.) Dillen. muſc. t. 36. f. 20.

Habitat ad radices abietinos. Floret Majo et Septembri. Сучковый мохъ, военное перо. Russ. Sob.

Digitized by Google

6.

Surculorum foliis reflexis.

731. HYPNUM CUPRESSIFORME. Surculis ſubpinnatis, foliis ſecundis recurvis apice ſubulatis. (B. R.) Dillen. muſc. t. 37. f. 23.

Habitat in ſylvis ad arborum truncos, et radices. Floret Aprili, Majo. Сучковый мохъ кипарисный. Russ. Sob.

732. HYPNUM SQUARROSUM. Surculis ramoſis, foliis lanceolatis acutis, capſulis oblongis: operculis acutis. (B. R.) Flor. dan. t. 535. f. 2.

In nemoribus ſubhumidis. Floret Aprili, Majo. Сучковый мохъ шелушчатый. Russ. Sob.

7.

Surculis faſciculatis.

733. HYPNUM ALOPECURUM. Surculo erecto-ramis faſciculatis terminalibus ſubdividis, capſu: lis ſubnutantibus. (B. R.) Dillen. muſc. t. 41. f. 49.

In ſylvis humidiuſculis. Floret Aprili et Septembri. Сучковый мохъ лисехвостый. Russ. Sob.

8.

Surculis teretiuſculis.

734. HYPNUM PURUM. Surculis pinnato-ſparſis ſubulatis, foliis ovatis obtuſis ſubulatis. (B. R.) Curtis flor. Londin. t. 207.

Habitat in nemoribus et pratis paſcuis. Floret Majo. Сучковый мохъ чистый. Russ. Sob.

Digitized by Google

735. HYPNUM RIPARIUM. Surculis teretibus ramoſis, foliis acutis patulis diſtantibus. (B. R.) Flor. dan. t. 649. f. 1.

Habitat ad ripas Nevae fluvii. Floret Aprili, Majo. Сучковый мохъ береговый. Russ. Sob.

736. HYPNUM CUSPIDATUM. Surculis pinnato-ramoſis apice longe cuſpidatis, foliis oblongo-acuminatis, capſulis cylindricis: operculis conicis. (B. R.) Dillen. muſc. t. 39. f. 34.

Habitat in paludibus paſſim. Floret Aprili et Septembri. Сучковый мохъ остроконечный. Russ. Sob.

9.

Surculis confertis.

737. HYPNUM VELUTINUM. Surculo repente: ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, capſulis ſubnutantibus. (G.) Flor. dan. t. 475.

Habitat in tectis vetuſtis et muris. (G.) In ſylvis umbroſis ad radices arborum, Murine et Pargelovii. (Sob.) Сучковый мохъ бархашный. Russ. Sobol.

II. Muſci hepatici, petalo calyptrato ſtyligero, ex apice dehiſcente; capſula quadrivalvi. Hedwigii.

JUNGERMANNIA. Scyphuli veſiculiferi ſquamulae gemmiferae laterales aut capitula pulverulenta. Capſula pedunculata, nuda, quadrivalvis: feminibus ſubrotundis.

* Cauleſcentes, frondibus compoſitis, pinnatis.

738. JUNGERMANNIA BIDENTATA. Surculis procumbentibus ramoſis apice peduncuiliferis; pinnis ovatis bicuſpidatis: ſtipulis lanceolatis quadridentatis. (R.) Dillen. muſc. 15. t. 70. f. 11.

Habitat in umbroſis ericetis cira Petropolim. Floret Majo. **Тѣнный мохъ двузубистый.** Russ. Sob.

739. JUNGERMANNIA BICUSPIDATA. Frondibus medio pedunculiferis: pinnis diſtichis inciſo-bifidis. (R.) Dillen. muſc. t. 70. f. 13.

Habitat in umbroſis humidis. Floret Majo. **Тѣнный мохъ двуострѣйный.** Russ. Sob.

** Frondibus ſubbipinnatis.

740. JUNGERMANNIA REPTANS. Surculis decompoſitis medio pedunculiferis, foliis quadratis anterius inciſis: ſtipulis quadrifidis (R.) Dillen. muſc. t. 71. f. 24.

Habitat in ericetis udis. Floret Aprili, Majo. **Тѣнный мохъ ползущій.** Russ. Sobol.

*** Frondibus imbricatis.

741. JUNGERMANNIA COMPLANATA. Surculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis aequalibus. (R.) Curtis Flor. Londin. t. 271.

Habitat ad truncos et radices arborum. Floret Aprili, Majo. **Тѣнный мохъ сплюснутый.** Russ. Sob.

742. JUNGERMANNIA DILATATA. Surculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-

Digitized by Google

imbricatis, ramis apice latioribus. (R.) Dillen. muſc. t. 72. f. 27.

Adtruncos arborum in ſylvis umbroſis. Floret Majo. Тѣнный мохъ розширенный. Russ. Sob.

743. JUNGERMANNIA TAMARISCIFOLIA. Surculis decompoſitis apice peduncuIiferis, foliis ſubrotundis ſubtus auriculatis : ſtipulis ovatis emarginatis. (Sob. R.) Dillen. muſc. t. 72. f. 31.

Habitat ad truncos arborum in monte Duderovo, et Murinae. Floret Aprili, Majo et Septembri. Тѣнный мохъ гребенщиколистый. Russ. Sob.

744. JUNGERMANNIA PLATYPHYLLA. Surculis procumbentibus ſubtus imbricatis, foliis cordatis acutis. (R.) Dillen. muſc. t. 72. f. 32. 33.

Habitat in ſylvis circa Petropolim. Floret Aprili, Majo. Тѣнный мохъ широколистый. Russ. Sob.

745. JUNGERMANNIA CILIARIS. Surculis repentibus ſupra tomentoſis, foliis integris tomentoſiſſimis. (Sob.) Villant. flor. Pariſ. t. 26. f. 11.

Habitat ad truncos arborum betulae in inſula apothecaria, et lapidea, et paſſim. Floret Aprili, Septembri. Тѣнный мохъ ресничстый. Russ. Sob.

746. JUNGERMANNIA PUSILLA. Surculis breviſſimis apice floriferis, foliis imbricatis antherius crenatis, cauliculo ſubtus villoſo. (R. Sob.) Dillen. muſc. t. 74. f. 46.

Habitat in ericetis humidis circa Murinam. Floret Majo. Тѣнный мохъ мѣлкій. Russ. Sob.

*** Acaules.

747. JUNGERMANNIA EPIPHYLLA. Foliolo frondi innato. (R.) Flor. dan. t. 359.

Habitat in ripis umbroſis udis Nevae flluvii Floret Aprili. Тѣнный мохъ верхолистый. Russ. Sob.

748. JUNGERMANNIA PINGUIS. Fronde oblonga ſinuata pingui. (R. Sob.) Dillen. muſc. t. 74. f. 42.

Habitat in paludibus et ad rivulos circa fabricas lateriiias, et porcellaneam. Floret Aprili, Majo et Septembri. Тѣнный мохъ жирный. Russ. Sob.

MARCHANTIA. Capſula ſeſſilis, campanulata. Gemma peltata pedunculata, inferne ſeminifera. (Filamentum unum.)

749. MARCHANTIA POLYMORPHA. Surculis obtuſe lobatis, capſulis ſtellatim decemfidis. (Ex antheris proliferis exit lana lutea quae ſponte movetur in anthera, dum pollen atomi inſtar exſtillat. D. Sahlberg.) (G.) Schmidel ic. plant. et anal. part. t. 9.

Habitat in ſylvis umbroſis humidis, et hortis cultis, juxta aquas, in que Scaturiginibus paſſim. Floret Iulio, Auguſto. ♃ Лепесточница многообразная. Russ. Sob.

---

Obſervatio. Omnes Jungermanniae ſunt perennes, aut durant per plures annos, et florent primo vere, et profundo autumno; in regionibus temperatioribus hyeme.

Digitized by Google

750. MARCHANTIA UMBELLATA. Capſulis multilobis: pedunculo tetraëdro. (Sob.) Dillen. muſc. t. 76. f. 6. C. D. et t. 77. f. 7. D.

Rabitat in inſulae apothecariae rivulo umbroſo, paludoſo verſus inſulam lapideam, et in monte Pulcovo circa et intra puteum, alibique frequens. Floret Iulio. ♃ Лепесточница шапковидная. Russ. Sob.

751. MARCHANTIA HEMISPHAERICA. Surculis crenatis, capſulis hemiſphaericis quinquefidis. (Capitulum hemiſphaericum ſubtus globulis quinque diſſilientibus pollenque effundentibus.) (Sob.) Flor. dan. t. 762.

Habitat in foſſis circa Noſocomia terreſtre, et maritimum atque in paludoſis paſſim. Floret Aprili. ♃ Лепесточница полукруглая. Russ. Sob.

## A L G A E.

BLASIA. Flos maſculus? ſeſſilis, ſubgloboſus, frondi immerſus.

Flos foemineus? Piſtillum unum. Capſula ovata, unilocularis, tubo coronata, per quem ſemina Prorumpunt.

752. BLASIA PUSILLA. Bl. fronde lobata, lobis ſubrotundis, nervis ſetiferis. Hall. B. puſilla lichenis pixidati facie. Michel. (R.) Flor. dan. t. 45.

Habitat ad latera foſſarum arenoſa Caterinhoffii. Floret Iulio. an. ♃? Подлепесточница мѣлкая. Russ. Sob.

Digitized by Google

RICCIA. Capſulae ſeſſiles, globoſae, uniloculares, frondi ad apicem innatae, ſemina viginti ad triginta alba vel fuſca hemiſphaerica continentes.

753. RICCIA CRYSTALLINA. Frondibus ſuperficie papilloſis, (margine incraſſatis, reticulatis, denticulatis, obtuſis, ſimplicibus et cordatis.) (R. Sob.) Dillen. muſc. t. 78. f. 12.

Habitat in inſula Beſileenſi, et Caterinhoffii locis umbroſis ſubhumidis. Floret Iulio, Auguſto. an. ♃? Решетница хрустальная. Russ. Sob.

754. RICCIA MINIMA. Frondibus glabris bipartitis acutis. (Nitida, ſegmentis anguſtioribus, ſuper terram expanſis. Eſt tantum varietas Ricciae glaucae obſervante D. Schmidelio.) (R. Sob.) Dillen muſc. t. 78. f. 11.

Habitat in ripis Nevae fluvii inundatis. Floret Iunio. an. ♃? Решетница малѣйшая. Russ. Sob.

755. RICCIA FLUITANS. Frondibus dichotomis lineari-filiformibus, (lineari-ramoſis, planis, primordialibus obtuſis.) (L.) Dillen. muſc. t. 74. f. 47.

Habitat in foſſis ad ripas ſupra aquam extenſa. Floret Iunio, Iulio. an. ♃? Решетница волненная. Russ. Rob.

ANTHOCEROS. Scyphuli ſeſſiles, cylindrici integras gemmas granuloſas exhibentes. Capſula ſubulata, ſubbivalvis: feminibus diſſepimento adhaerentibus.

Digitized by Google

756. ANTHOCEROS LAEVIS. Fronde plana crenata. (A. frondibus indiviſis ſinuatis laevibus. Leers. — Folia in caeſpites orbiculatos congeruntur, ſuperne concava, ovalia aut ſubrotunda, margine leviter ſinuata, laete viridia, ſplendentia, glabra. Cornu e perichaetio cavo ſurgit, erectum, teres, filiforme, glabrum, laeteviride, apice flavicans, maturitate inchoante diſſiliens, et filamentum valvas interſtinguens.) (R.) Dillen. muſc. t. 68. f. 2.

Habitat in nemoribus Caterinhoffii. Floret Majo. an. ♃? Цвѣторогъ гладкій. Russ. Sob.

LICHEN. Receptaculum ſeminum ſubrotundum, planiuſculum, verruciforme, tuberculoſum, ſcutellatum aut peltatum. (ſaepe marginatum.)

I.

Leproſi tuberculati. Verrucariae.

757. LICHEN SCRIPTUS. Albicans lineolis atris planis diviſis ſimplicibusque. (Sob.) Hofman. lichen. t. 11. f. 2. a. b. c. d. et

β.) Lichen hebraicus. Hoffm. lichen. p. 13. t. 3. f. 2. e.

γ.) Lichen pulicaris. Hoffm. lichen. p. 14. t. 3. f. 2. f.

---

Obſervatio. Lichenes videntur eſſe fere omnes Longaevi ſive perennes, et florent primo vere vel autumno, in regionibus vero temperatioribus etiam hyeme, aut potius omni tempore.

Digitized by Google

Habitat in corticibus arborum, praecipue Alni, Sorbi aucupariae et Populi tremulae, paſſim. Лишай, ſive поросшь. Russ. Лишай писменный. β. Лишай Еврейскій. γ. Лишай блошный. Sob:

758. LICHEN RUGOSUS. Albicans, lineolis ſimplicibus punctis que nigris confertis. (R.) Dillen. muſc. t. 18. f. 2.

Habitat in ſylvis ſupra arborum truncos. Лишай морщиноватый. Russ. Sob.

759. LICHEN ATROVIRENS. Viridis, margine tuberculis que atris. (Sob.) Wulfen. ap. Iacq. coll. 11. t. 14. f. 2.

Habitat in ſaxis antiquis circa fabricam pyriam Ochtenſem. Лишай чернозеленый. Russ. Sob.

760. LICHEN BYSSOIDES. Farinoſus, peltis ſtipitatis ſubgloboſis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 14. f. 5.

In Saxis antiquis graniticis et in terra nuda, Pargelovii, et ultra Ochtam. Лишай шелковистый Russ. Sob.

761. LICHEN ERICETORUM. Albidus, tuberculis ſtipitatis convexis carneis. (Sob.) Hoffm. lich. t. 8. f. 3.

Habitat in ericetis paſſim. Лишай вересный. Russ. Sob.

762. LICHEN LACTEUS. Albus, tuberculis concoloribus haemiſphaericis. (Sob.) Wulffen. ap. Iacq. coll. 3. t. 4. a. b.

Digitized by Google

Habitat in lapidibus aëri expoſitis, et rupibus atque in lignis ſemiputridis. Лишай молочный. Russ. Sob.

763 LICHEN RUPICOLA. Albidus, tuberculis pallidis albo-marginatis. (Sob.) Hoffm. lich. t. 6. f. 3.

Habitat in ſaxis, ad littora marina. Лишай каменогорный. Russ. Sob.

764. LICHEN PERTUSUS. Verrucis ſubteſſellatis laevigatis pertuſis, poro uno alterove cylindrico. (Sob.) Flor. dan. t. 766.

Habitat in corticibus arborum et in lapidibus. Лишай проколотый. Russ. Sob.

765. LICHEN SANGVINARIUS. Cinereo vireſcens, tuberculis atris. (Tubercula majuſcula, gibba, atra, at diffracta intus rubra ſunt.) Wullfſen. ap. Iacq. coll. 3. t. 5. f. 3. b.

Habitat in truncis arborum et ſaxis circa pagum Rjabova, et Pargelovii. Лищай кровавистый. Russ. Sob.

766. LICHEN FUSCO-ATER. Fuſcus tuberculis atris. (Sob.) Wullfſen. ap. Iacq. coll. 2. t. 14. f. 3. 4. et 3. t. 6. f. 2. bb.

Habitat ad ſaxa antiqua Peterhoffii. Лишай темночерный. Russ. Sob.

767. LICHEN CALCAREUS. Candidus, tuberculis atris. (R.) Dillen. muſc. t. 18. f. 8.

Habitat in rupibus circa Peterhovum. Лишай известочный. Russ. Sob.

Digitized by Google

768. LICHEN NIGER. Ater, tuberculis ſubrotundis concoloribus. (Sob.) Flor. dan. t. 879. f. 1.

Habitat in ſaxis circa Strelinam, et Oranienbaumium. Лишай черный. Russ. Sob.

769. LICHEN FAGINEUS. Albus, tuberculis albis farinaceis. (Sob.) Hoffm. lichen. t. 2. f. 4.

Habitat in truncis arborum. Лишай вязовый. Russ. Sob.

2.

Scutellato - tuberculati.

770. LICHEN CANDELARIUS. Cruſtaceus luteus: junior pulverulentus ſcutellatus; aetate ſubfoliaceus tuberculoſus. (Sob.) Hoffm. lichen. 2. t. 9. f. 3.

Habitat in truncis arborum, in parietibus et ſepimentis ligneis ac tectis domorum antiquis. Лишай свѣчный. Russ. Sob.

3.

Scutellati. Scutellariae.

771. LICHEN SUBFUSCUS. Cruſtaceus albicans, ſcutellis ſubfuſcis; margine cinereo ſubcrenato. (R.) Wilden. prodr. flor. berol. n. 1005.

Habitat in truncis arborum et rupibus ſaxoſis. Лишай темноватый. Russ. Sob.

772. LICHEN SALICINUS. Flavus, ſcutellis convexiuſculis aurantiis margine pallidioribus. (Sob.) Schrader.

Habitat in truncis annoſis ſalicum circa viam Sarſcoſelienſem. Лишай вербовный. Russ. Sob.

Digitized by Google

773. LICHEN PALLESCENS. Cruſtaceus albicans aerrucoſus, ſcutellis pallidis. (Sob.) Wullffen. vp. Iacq. coll. 3. t. 5.

Habitat in corticibus arborum in Oſinova Roſchcza et Pargelovii. Лишай бледнѣющій. Russ. Sob.

774. LICHEN CORALLINUS. Ramoſus teres faſciculatus faſtigiatus confertiſſimus albus ſcutellis terminalibus minutiſſimis concoloribus. (Sob.) Wulffen. ap. Iacq. coll. 2. t. 13. f. 2.

Habitat in rupibus ac lapidibus Peterhoffii in monte prope quercum cavernoſam antiquiſſimam, et ad littus marimum prope Oranienbaum. Лишай коральковый.

775. LICHEN VERRUCOSUS. Crustaceus cinereus, ſcutellis vireſcentibus. (Sob.) Dillen. muſc. t. 18. f. 9.

Habitat in ericetis, terreſtris, ad viam Wiburgenſem, prope pargelovium, et in multis aliis ſylvis ſiccis montoſis. Лишай бородавчатый. Russ. Sob.

4.

Foliacei. Pulmonariae.

776. LICHEN CENTRIFUGUS. Foliolis obſolete multifidis laevibus albidis centrifugis, ſcutellis rufo-fuſcis. (Sob.) Hoffm. lichen. 2. t. 10. f. 3.

Habitat in ſaxis, Pargelovii. Лишай средобѣгущій. Russ. Sob.

777. LICHEN STELLARIS. Foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis ſcutellis pullis. (G.) Hoffm. lichen. 2. t. 13. f. 1. 2.

Digitized by Google

Habitat in truncis et ramis arborum praeſertim abiegnis paſſim. Лишай звѣздочный. Ruſs. Sob.

778. LICHEN PULLUS. Foliolis lobatis olivaceis ſcutellis integerrimis. (Sob.) Hoffm. lich. 3. t. 13. f. 4. B.

Habitat in corticibus arborum circa viam Sarſcoſelienſem. Лишай темный. Ruſs. Sob.

779. LICHEN OLIVACEUS. Foliolis lobatis nitidis olivaceis ſcutellis crenatis. (Sob.) Hoffm. lich. 3. t. 13. f. 5.

In truncis et ramis alneis, ſalicinis aliisque paſſim. Лишай оливчатый. Ruſs. Sob.

780. LICHEN SAXATILIS. Foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis badiis. (Sob.) Hoffm. lichen. 3. t. 15. f. 1.

Habitat paſſim in ſaxis circa viam Peterhoffianam ad ripam maritimam cum lichene paſchali. Лишай каменистый. Ruſs. Sob.

781. LICHEN PARIETINUS. Foliolis criſpis fulvis, peltis concoloribus. (Sob.) Hoffm. lich. 3. t. 18. f. s.

Habitat in parietibus ligneis, ſepibus que ſuburbiorum, et in lignis corticibus ve arborum, paſſim. лишай стѣнный. Ruſs. Sob.

782. LICHEN PHYSODES. Foliolis anguſtis apice inflatis, ſcutellis pedicellatis. (G.) Wulf. ap. Iacq. coll. 3. t. 8.

In truncis Betulae vulgatiſſimus. лишай надутый. Ruſs. Sob.

Digitized by Google

783. LICHEN ATRATUS. Scutellis atratis concoloribus. (Sob.) Hedwig. Cryptogam. II. 3. t. 21. f. A.

Habitat in corticibus Alni, Populi et Sorbi aucupariae paſſim. Лишай черненый. Russ. Sob.

5.

Gelatinoſi.

784. LICHEN CRISPUS. Foliolis imbricatis lobatis truncatis crenatis atroviridibus, ſcutellis crenulatis. (Sob.) Wulffen. ap. jacq. coll. 3. t. 10. f. 1.

Habitat in truncis arborum et lapidibus circa Caterinhoffium et Pargelovii. Лишай кудрявый. Russ. Sob.

785. LICHEN FASCICULARIS. Foliaceus erectus, ſcutellis terminalibus: junioribus concavis vireſcentibus; aetate turbinatis rufeſcentibus. (Sob.) Flor. dan. t. 462. f. 2.

Лишай пучечный. Russ. Sob.

6.

Foliacei laciniosi.

786. LICHEN CILIARIS. Erectiuſculus, laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis crenatis. (Sob.) Flor. dan. t. 711.

Habitat in truncis arborum Caterinhoffii, et Strelinae. Лишай ресничтый. Russ. Sob.

787. LICHEN ISLANDICUS. Adſcendes marginibus elevatis ciliatis, peltis terminalibus. (G.) Flor. dan. t. 155. Lichen iſlandicus, officin.

Habitat in ſylvis ſteriliſſimis ſiccis montoſis Pargelovii, in monte Poclonnaja, Oſinovae Roſchczae, ad cimeterium ſti Johannis, et in monte Duderovo aliis que ſimilibus. Terreſtris. Лишай исландскій. Russ.

788. ɣ LICHEN TENUISSIMUS. LINN. Coralloides tenuiſſimum nigricans, mundi muliebris inſtar textum. (Sob.) Dillen. muſc. 113. t. 17. f. 32.

Habitat Pargelovii ſatis copioſe cum lichene Iſlandico. Лишай тончайшій. Russ. Sob.

789. LICHEN PULMONARIUS. Repens ſupra reticulato-lacunoſus ſubtus fuſco-tomentoſus, peltis marginalibus. (G.) Hoffm. lichen. faſcic. 1. t. 1. f. 2. Pulmonaria arborea, officin.

Habitat in truncis arborum circa Sarſcoje ſelo et paſſim. Лишай грудный. Russ. Sob.

790. LICHEN FURFURACEUS. Decumbens, furfuraceus laciniis acutis ſubtus lacunoſis atris. (G.) Hoffm. pl. lichen. faſc. 2. p. 45. t. 9. f. 2.

Habitat circa Harawaldam et in ſylvis uliginoſis circa Petropolim, et paſſim in corticibus arborum. Лишай отрубяный. Russ. Sob.

791. LICHEN FARINACEUS. Erectus compreſſus ramoſus, verrucis marginalibus farinoſis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 23. f. 63.

In arboribus betulinis inſularum apothecarie et lapideae occurrit, ſed parva quantitate. Лишай мучный. Russ. Sob.

792. LICHEN CALYCARIS. Erectus linearis ramoſus lacunoſus convexus mucronatus. (Sob.) Dillen. muſc. t. 23. f. 62. A. B. C.

Digitized by Google

Habitat in arboribus et ſaxis circa Peterhoffium. Лишай чашечный. Russ. Sob.

793. LICHEN FRAXINEUS. Erectus oblongus lanceolatus ſublaciniatus lacunoſus glaber, ſcutellis ſubpedunculatis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 22. f. 59.

Habitat in truncis arborum Oſinovae Roſchczae et circa Sarſcoje Selo. Лишай ясеньный. Russ. Sobol.

794. LICHEN PRUNASTRI. Erectiuſculus lacunoſus ſubtus tomentoſus albus. (G.) Dillen. muſc. t. 22. f. 54. 55.

Habitat in arboribus annoſis Pargelovii et Murinae. Лишай терновный. Russ. Sob.

795. LICHEN JUNIPERINUS. Criſpus fulvus, peltis fuſcis. (Sob.) Hoffm. lichen. faſc. 2. p. 35. t. 7. f. 2.

Habitat in juniperetis ad truncos arborum circa Strelinam, et Oranienbaumium. Лишай можжевельный. Russ. Sob.

796. LICHEN CAPERATUS. Pallide viridis rugoſus margine undulatus. (Sob.) Dillen. muſc. 193. t. 25. f. 97.

Habitat ad arborum truncos et in ſaxis paſſim. Лишай сморщенный. Russ. Sob.

797. LICHEN GLAUCUS. Depreſſus lobatus glaber, margine criſpo farinaceo. (Subtus nigricans.) (Sob.) Flor. dan. t. 598.

Habitat in truncis et ramis betulinis, inſylvis et in ſepimentis ligneis hortorum ſuburbanorum. Лишай сизый. Russ. Sob.

Digitized by Google

7.

Coriacei. Peltigerae.

798. LICHEN APHTHOSUS. Repens lobatus obtuſus planus, verrucis ſparſis, pelta marginali adſcendente. (G.) Flor. dan. t. 767. f. 1. Muſcus cumatilis, officin.

Habitat in ſylva antiqua circa limites diſtrictus Coporienſis et Jamburgenſis; et circa Craſnoje ſelo, terreſtris. Лишай прыщеватый. Russ. Sobol.

799. LICHEN CANINUS. Repens lobatus obtuſus planus, ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente. (Supra ſaturate viridis, deficcatione cinereus, ſubtus niveus, longitudinaliter venoſus ſubvilloſuſque, peltis ovalibus adſcendentibus, normaliter concavo-convexis rubris. (G.) Flor. dan. t. 767. f. 2. Muſcus caninus, officin.

Habitat in ſylvis humidis et pratis ubique, praeſertim ad fabricam pyriam Ochtenſem. Лишай собачій. Russ. Sobol.

8.

Umbilicati. Umbilicarie.

800. LICHEN DEUSTUS. Undique laevis, ſupra cinereus, tuberculis nigris. (Sob.) Wulf. ap. Jacq. coll. 3. t. 15. f. 3.

Habitat in corticibus Populi tremulae et in ſaxis, in monte duderovo. Лишай обожженый. Russ. Sobol.

Digitized by Google

## 9.

### Scyphiferi.

801. LICHEN COCCIFERUS. Simplex integerrimus, ſtipite cylindrico, tuberculis coccineis. (G.) Dillen. muſc. t. 14. f. 7. Muſcus pyxidatus, officin.

Habitat in Pinetis ſterilibus ad radices arborum, uti montem Poclonnaja. Лищай червецоносный. Russ. Sob.

802. LICHEN CORNUCOPIOIDES. Simplex folio breviore; tuberculis coccineis. (R.) Dillen. muſc. t. 14. f. 9.

Habitat in pinetis ſiccis circa Petropolim terreſtris. Лищай изобилорогій. Russ. Sob.

803. LICHEN PYXIDATUS. Simplex crenulatus, tuberculis fuſcis. (G.) Dillen. muſc. t. 14. f. 6. B. C. et f. 8. B.

In pinetis ſiccis ad radices arborum. Лишай коробчатый. Russ. Sob.

804. LICHEN FIMBRIATUS. Simplex denticulatus, ſtipite cylindrico. (R.) Dillen. muſc. t. 14. f. 8. 9.

Habitat in Pinetis montoſis circa Petropolim. Лищай брижеватый. Russ. Sob.

805. LICHEN GRACILIS. Dichotomo ramoſus tuberculis fuſcis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 14. f. 13. C.

Habitat in ericetis montoſis ſylvaticis, ad viam Wiburgenſem Pargelovii et Oſinovae Roſchczae. Лишай тощій. Russ. Sob.

Digitized by Google

806. LICHEN DIGITATUS. Ramoſiſſimus: ramis cylindricis, calycibus integris nodoſis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 15. f. 19.

Habitat in pinetis montoſis ſterilibus ad fabricam ferream Debunicam et in declivibus Pargelovii. Лишай перстоватый. Russ. Sob.

807. LICHEN DEFORMIS. Simpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus dentatis. (Sob.) Flor. lapp. t. 11. f. 3.

Habitat in ericetis circa pagum Rjabova et Oſinovae, Roſchczae atque Pargelovii. Лишай безобразный. Russ. Sob.

808. LICHEN CORNUTUS. Simpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus integris. (G.) Hoffm. plant. lichen. II. 1. p. 1. t. 25. f. 1.

Habitat in pinetis ad arborum radices. Лишай рогатый. Russ. Sob.

Fruticuloſi, Coralloidea.

809. LICHEN RANGIFERINUS. Perforatus ramoſiſſimus, ramulis nutantibus. (G.) Variet. *a*) alpeſtris. (cinereus.) Flor. dan. t. 180. (Sob.) *β*) Sylvaticus. (Candicans, ramis capitatis, corniculis rufescentibus. (Sob.) Flor. dan. t. 539.

Habitat in ſylvis ſterilibus montoſis paſſim, praecipue ad pagum Rjabova, et fabricam pyriam Ochtenſem. Лишай олений. Russ. Sob.

810. LICHEN UNCIALIS. Perforatus, ramulis breviſſimis acutis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 16. f. 22.

Habitat in ericetis ſiccis ultra pagum Ochtam. Лишай дюймовый. Russ. Sob.

Digitized by Google

811. LICHEN SUBULATUS. Subdichotomus, ramis ſimplicibus ſubulatis. (R.) Dillen. muſc. t. 16. f. 26.

Habitat in ſylvis et ericetis paſſim. Лишай шиловатый. Russ. Sob.

812. LICHEN PASCHALIS. Solidus tectus foliolis cruſtaceis. (G.) Flor. dan. t. 251.

Habitat ad fluvium Lugam magna copia, et ad ripam maritimam Strelinae, nec non in montoſis Pargelovii, ſiccis, terreſtris. Лишай воскресный. Russ. Sob.

813. LICHEN FRAGILIS. Solidus, ramulis teretibus obtuſis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 17. f. 34.

Habitat in ſylvis montoſis ſiccis Oſinove Roſchczae ad ſaxa granitica antiquiſſima. Лишай ломкій. Russ. Sob.

II.

Filamentoſi. Uſneae.

814. LICHEN FLORIDUS. Ramoſus erectus, ſcutellis radiatis. (Sob.) Hoffm. pl. lichen. II. 1. t. 30. f. 2. Tenax.

Habitat in ſylvis antiquis Oſinovae Roſchczae ad arborum truncos. Лишай цвѣтный. Russ. Sob.

815. LICHEN PLICATUS. Pendulus, ramis implexis, ſcutellis radiatis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 1. f. 1. Muſcus arboreus, quercinus, officin.

Habitat in Oſinova Roſchcza et in monte Duderovo, ad truncos arborum annoſarum, in locis umbroſiſſimis. Лишай сплетенный. Russ. Sob.

Digitized by Google

816. LICHEN BARBATUS. Pendulus ſubarticulatus, ramis patentibus. Longiſſimus cinereus. (Sob.) Dillen. muſc. t. 12. f. 6. Tenax.

Habitat in ſylvis umbroſis antiquis Oſinovae Roſchczae, et montis Duderovi atque ad Pagum Rjabova, ad truncos et ramos abietinos, alioſque. Лишай бородатый. Russ. Sob.

817. LICHEN JUBATUS. Pendulus, axillis compreſſis. (Longiſſimus, Nigriçans.) (G.) Dillen. muſc. t. 12. f. 7. Fragilis.

Habitat in ſylvis antiquis umbroſiſſimis ad ramos pini abietis, et ad ſaxa, Oſinovae Roſchczae et montis Duderovi, atque in aliis locis ſimilibus paſſim. Лишай черногривый. Russ. Sob.

818. LICHEN CHALYBEIFORMIS. Ramoſus divaricatus decumbens implicato-flexuoſus. (Sob.) Flor. dan. t. 262. Fragilis.

Habitat in ſylvis umbroſiſſimis Oſinovae Roſchczae et montis Duderovi ad truncos ramoſque arborum, inter lichenes, barbatum alioſque, atque ad ſaxa. Лишай проволочный. Russ. Sob.

819. LICHEN HIRTUS. Ramoſiſſimus, erectus, tuberculis farinaceis ſparſis. (G.) Hoffm. pl. lichen. II. 1. p. 17. t. 30. f. 1. Tenax.

Habitat in vetuſtis arboribus paſſim. Лишай шершавый. Russ. Sob.

LEPRA. Wiggers prim. p. 95.

Pulvis ſubtiliſſimus, per lentem e glebis varie formatis conſtans. Wildenow.

820. LEPRA ANTIQUITATIS. Pulvis ater. Byſſus antiquitatis. Linn. (Sob.) Dillen. muſc. t. 1. f. 18.

Habitat in lignis et lapidibus aëri in ſylvis expoſitis, atque in muris antiquis. Проказа древности. Russ. Sob.

821. LEPRA CINEREA. Pulverulenta cinerea rupes operiens. (Sob.) Byſſus ſaxatilis. Lin. Flor. ſvec. 2. n. 1179.

Habitat in Saxo omni diutius aëri expoſito, quod perenni cinereo colore obducit, ipſa vix manifeſta; uti Pargelovii, Peterhovii et ad ripam maritimam Strelinae. Проказа сѣрая. Russ. Sob.

822. LEPRA JOLITHUS. Pulverulenta ſanguinea ſaxis innaſcens, violas olens. (Sob.) Byſſus Jolithus. Linn. Flor. dan. t. 899. f. 1.

Habitat in ſylvis opacis circa Oſinova Roſchcza, urbem Gatczinam ac Peterhoffium ſupra ſaxa ante unum alterumve annum everſa et ſupinata. Проказа фіалкокаменная. Russ. Sob.

823. LEPRA FLAVA. Pulverulenta flava lignis adnaſcens. (Sob.) Byſſus candelaris. Linn. Flor. dan. t. 840. f. 2.

Habitat in corticibus arborum, parietibus antiquis, tectis vento humido expoſitis, et lignis in ſylvis dejectis. Проказа желтая. Russ. Sob.

824. LEPRA INCANA. Pulvis albus, globulis rotundatis. (R. Sob.) Byſſus incana. Linn. Dillen. muſc. 3. t. 1. f. 3.

Habitat ad latera foſſarum circa Petropolim et ad vias publicas paſſim. Проказа сѣдая. Russ. Sob.

Digitized by Google

825. LEPRA BOTRYOIDES. Pulverulenta viridis. (R. Sob.) Byſſus botryoides. Linn. Flor. dan. t. 840. f. 3.

Habitat in terra diutius humida, ut ad lacum Pargelovianum, et in ollis hortulanorum. Проказа зеленая. Russ. Sob.

826. LEPRA LACTEA. Pulvis albus. Wildenow. Byſſus lactea, pulverulento cruſtacea albiſſima. Linn. (Sob.) Flor. dan. t. 740. f. 4.

Habitat frequens in lignis, muſcis et arborum corticibus. Проказа млечная. Russ. Sob.

827. LEPRA RUBENS. Pulvis ruber. Wildenow. (Sob.) Hoffm. enumer. n. 5. Tab. 1. f. 5.

Habitat in corticibus arborum Oſinovae Roſchczae, et ſaepe occurrit in lignis diutius aëri humido expoſitis. Проказа краснѣющая. Russ.

ULVA. Gemmae vel Gongyli rotundi in membrana diaphana.

828. ULVA INTESTINALIS. Tubuloſa ſimplex aequalis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 9. f. 7.

Habitat in ripis maritimis verſus Peterhoffium et Oranienbaum. Мшечница кишковатая. Russ. Sob.

CONFERVA. Fibrae ſimplices aut ramoſae, (continuae vel articulatae,) intra quas gemmae globuloſae.

829. CONFERVA RIVULARIS. Filamentis ſimpliciſſimis longiſſimis. (G.) Flor. dan. t. 881.

In ramis Nevae fluvii lente fluentibus, circa inſulam crucis et lapideam. Нитчанка ручейная. Ruſs. Sob.

830. CONFERVA FONTINALIS. Filamentis ſimpliciſſimis digito brevioribus. (Sob.) Flor. dan. t. 651. f. 3.

Habitat in fonte, e regione ſeptentrionali montis Duderovii, e terra prorumpente et in lacum vicinum fluente. Нитчанка родниковая. Ruſs. Sob.

831. CONFERVA FLUVIATILIS. Filamentis ſimpliciſſimis ſetiformibus rectis: geniculis craſſioribus angulatis. (Sob. R.) Dillen. muſc. t. 7. f. 47. 48.

Habitat in fluvio Neva et Toſna. prope Pellam. Нитчанка рѣчная. Ruſs. Sob.

832. CONFERVA CAPILLARIS. Filis geniculatis ſimplicibus: articulis alternatim compreſſis. (Sob. R.) Dillen. muſc. t. 5. f. 25.

Habitat in lacubus Oſinovae Roſchezae, in paludibus, et foſſis aquoſis paſſim. Нитчанка волосная. Ruſs. Sob.

833. CONFERVA BULBOSA. Filamentis aequalibus ramoſis, bullas aëreas includentibus. (R. Sob) Dillen. muſc. t. 3. f. 11.

Habitat in inſulae lapideae, et Strelnae aquis ſtagnantibus et paſſim. Нитчанка пузырочная. Ruſs. Sob.

834. CONFERVA CANALICULARIS. Filamentis aequalibus baſin verſus ramoſioribus. (Sob. R.) Dillen. muſc. t. 4. f. 15.

Digitized by Google

Habitat in canalibus molendinariis, et rivulis Strelinae et Peterhoffii. Нитчанка канальная. Ruſs. Sob.

835. CONFERVA RETICULATA. Filamentis reticulato-coadunatis. (Sob. R.) Dillen. muſc. t. 4. f. 14.

Habitat ad littora fluvii Nevae, prope portum triremium inſulae baſileenſis, et paſſim. Нитчанка сѣтчатая. Ruſs. Sob.

836. CONFERVA DICHOTOMA. Filamentis aequalibus dichotomis. (Sob. R.) Dillen. muſc. t. 3. f. 9.

Habitat in ſtagnis et foſſis circa Caterinhofſium, et paſſim. Нитчанка развилистая. Ruſs. Sob.

837. CONFERVA GELATINOSA. Foliis ramoſis moniliformibus: articulis globoſis gelatinoſis. (Sob.) Dillen muſc. 36. t. 7. f. 42.

Habitat in fontibus ad vicum Hoſtilitza et in Sarſcoje ſelo ac Peterhoffii. Нитчанка студенистая. Ruſs. Sob.

838. CONFERVA GLOMERATA. Filamentis geniculatis, ramulis brevioribus multifidis. (Sob.) Flor. dan. t. 651. f. 2.

Habitat in rivulis circa pagum Ribaczja, et in ramis fluvii Nevae. Нитчанка сборная. Ruſs. Sob.

BYSSUS. Fibrae ſimplices uniformes lanuginoſae.

839. BYSSUS SEPTICA. Capillacea molliſſima parallela fragiliſſima pallida. (R. Sob.)

Digitized by Google

Habitat in domibus ſub pavimentis, et in ſylvis umbroſiſſimis ad ligna putrida; corrodit truncos duriſſimos. Жилочница гнοющая. Ruſs. Sob.

840. BYSSUS FLOS AQUAE. Filamentis plumoſis natantibus. (Farinacea vireſcens, ramoſa.) (R. Sob.) β Dillen. muſc. t. 1. f. 1.

Habitat in aquis ſtagnantibus; Prima aeſtate; nocte deſcendit partim, die natat fere. Жилочница водоцвѣтная.

841. BYSSUS PHOSPHOREA. Lanuginoſa violacea lignis adnaſcens. ( Sob. ) Dillen. muſc. t. 1. f. 6.

Habitat in lignis et truncis arborum putreſcentibus, in ſylvis humidis circa fabricam pyriam Ochtenſem, et paſſim. Мышій огонь. Ruſs. Жилочница свѣтоносная. Sob.

842. BYSSUS VELUTINA. Capillacea viridis, filamentis ramoſis. ( Sob. ) Dillen. muſc. t. 1. f. 14.

Habitat in terra et corticibus Betulae albae antiquis dejectis. Жилочница зеленобархатная. Ruſs. Sob.

843. BYSSUS FULVA. Filamentis ramoſis Fulvis (Sob.) Dillen. muſc. t. 1. f. 17.

Habitat in ſylvis Oſinovae Roſchcze et paſſim, ad ligna putrida. Жилочница свѣтлооранжевая. Ruſs. Sob.

844. BYSSUS CANDIDA. Filamentis ramoſiſſimis: ramis faſtigiatis albidis. (Sob.) Dillen. muſc. t. 1. f. 15.

Habitat in ſylvis Oſinovae Roſchczae inter folia dejecta putreſcentia, autumno. Жилочница бѣлая. Ruſs. Sob.

AGARICUS. Fungus horizontalis: pileo ſubtus lamelloſo.

I.

Stipitati. Stipite volva et annulo cincto.

845. AGARICUS MUSCARIUS. Pileo ſanguineo, verrucis, lamellis ſtipiteque albis: hoc baſi globoſo. (G.) Schaeff. fung. t. 28.

Habitat in pratis ſiccioribus et ſylvis arenoſis paſſim. Iulio, Auguſto. Грибъ мухоморъ. Russ. Мухоморъ красный. Sob.

846. AGARICUS MARGARITACEUS. Pileo palleſcente verrucis carneis tuberculisque albidis aſpero, lamellis albis. (Sob.) Bulliard. herb. Franc. t. 316.

In pratis ſylvoſis rarius occurrit. Aeſtate. Мухоморъ желто-блѣдный. Russ. Sob.

847. AGARICUS MACULATUS. Pileo badio lividove: margine verrucis albis inaequali, lamellis albidis brevibus latis, (Sob.) Schaeff. fung. t. 90.

Habitat in ſylvis ſiccioribus Pargelovii et Oſinovae Roſchczae. Aeſtate. Мухоморъ темносѣрый. Russ. Sob.

848. AGARICUS MAPPA. Pileo convexo ex flaveſcenti cineraſcente, lamellis alternatim longioribus ſtipiteque flaveſcentibus. (Sob.) Schaeff. fung. t. 20.

Digitized by Google

Habitat in montnſis ſylvoſis, Aeſtate, et autumno. Мухоморъ сѣрожелтый. Russ. Sob.

849. AGARICUS PRAEALTUS. Pileo hemiſphaerico, junioris tomentoſo, ſtipite quadruplo longiore gracili cinereo, lamellis ferreis. (Sob.) Michel. nov. pl. gen. p. 189. t. 81. f. 3.

Habitat in ſylvis circa Rjabovam. Septembri. Лѣснякъ. Russ. Sob.

850. AGARICUS BULBOSUS. Pileo glaberrimo integerrimo carneoniveo, ſtipite lineari concolore: baſi ſemiovata ſupra truncata, lamellis pallidiſſime flaventibus ſtipiti contiguis. (Sob.) Schaeff. fung. t. 241.

Habitat in pratis ſylvoſis. Autumno. Поганка лѣсная блѣдная. Russ. Sob.

851. AGARICUS EXCORIATUS. Pileo convexo ex lateritio dilute cinereo: diſco tela dilute carnea tecto, lamellis inaequalibus, ſtipiteque fiſtuloſo baſi bulboſo albidis. (Sob.) Schaeff. fung. t. 18.

In ſimetis hortorum et vaporariis rarius occurrit. autumno. Поганка навозная рыжая. Russ. Sob.

2.

Stipite annulato: volva nulla.

852. AGARICUS CAMPESTRIS. Pileo convexo caneſcente; maculis piloſo-ſquamoſis, lamellis inaequalibus introrſum (adulti) ruféſcentibus, ſtipite albido recto. (G.) Bulliard herb. Franc. t. 134.

Digitized by Google

Habitat in arvis; et agris atque in hortis oleraceis, frequens. Iulio. Eſculentus. Печерица, ſive Шампиньiонъ. Russ. Печерица полевая. Sob.

853. AGARICUS PRATENSIS. Pileo convexo albido vel ex thalaſſino dilute cinereo ſtriato, lamellis ſordide carneis, ſtipite craſſo albido: baſi inflexa fuſceſcente. (Sob.) Schaeff. fung. t. 96.

Habitat in pratis ſiccis paſſim. Iulio, Auguſto. Eſculentus. Печерица луговая. Russ. Sob.

854. AGARICUS FLOCCOSUS. Pileo convexo piloſo-ſquamoſo, lamellis flavicantibus, ſtipite farcto annuloque ſquamoſis. (Sob.) Schaeff. fung. t. 91.

Habitat in ſylvis gregatim. Iunio, Iulio. Опенокъ охлопчатый. Russ. Sob.

855. AGARICUS MUTABILIS. Pileo glabro fuſco-ochraceo, lamellis dilute fuſcis, ſtipite pallidiori lineari ſyperne ſquarroſo; inferne laevi albo. (Sob.) Schaeff. fung. t. 9.

Habitat gregatim ad radices arborum, Coryli aliorumque. Fſculentus. Подорѣшникъ. Russ. Sobol.

3.

Stipite annulo volvaque deſtituo.

856. AGARICUS VIRGINEUS. Niveus, lamellis arcuatim per ſtipitem cylindricum farctum decurrentibus. (Sob.) Schaeff. fung. t. 39.

Habitat in ſylvis, autumno, Eſculentus. Молочникъ. Russ. Sobol.

Digitized by Google

857. AGARICUS INTEGER. Solitarius, pileo viſcido purpureo, lamellis albis integris aequalibus. (G.) Krapf. Oeſterr. Schw. 1. t. 1. f. 1. 7. et t. 2. f. 4. 6. (Variat pileo rubro. et albicante purpureo. Sob.)

Habitat in ſylvis et pratis ſylvoſis. Iulio, Auguſto et Septembri. Eſculentus. Сыроѣжка красная. Russ. Vaeriet. β Сыроѣжка бѣлая. Russ. Sobol.

858. AGARICUS EMETICUS. Acris graveolens ſolitarius, pileo ſanguineo, lamellis aequalibus craſſis fragilibus apice bifurcis ſtipiti farcto tereti intus albo continuis. (Sob.) Schaeff. fung. t. 15. 16.

In pratis ſylvaticis ſiccioribus frequens eſt. Iulio, Auguſto et Septembri. Eſculentus. Волуй ſive волуекъ. Russ.

